



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrorvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuissimè explicantur

Gavanti, Bartolommeo

Antverpiæ, 1646

Sectio Septima. De Proprio Sanctorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40233

citata num. 7. ait, quoad commodè fieri poterit; parumque refert, si in Ecclesia aliqua particulari non legatur de omnibus Prophetis aliquo anno.

14 Lectiones autem secundi Nocturni in prædictis Dominicis concordant cum Lectionibus primi Nocturni, ita, vt sint quasi earumdem Commentaria, excepta Domin. 3. Septembris, in qua sanctus Leo nos inuitat ad ieiunium septimi mensis, & Dom. 5. Nouembris, in qua sanctus Basilius timorem Domini docet; eò quòd ea Dominica vltima post Pente-

costen, in Euangelio de fine mundi & de iudicio vniuersali agitur.

15 Responsorialia denique Lectionibus respondent, vt nihil magis: sicuti etiam Antiphonæ ad *Magnificat* in primis Vesperis Dominicæ desumuntur è Scriptura legenda in primo Nocturno Dominicæ eiusdem; ad *Benedictus*, & *Magnificat*, in secundis Vesperis, ex Euangelio eiusdem Dominicæ lecto in Nocturno tertio, ita, vt ipsæmet Antiphonæ sint de veteri vel nouo Testamento. Atque hæc de Proprio de Tempore.

SECTIO SEPTIMA.

De Proprio Sanctorum.

SECTIONIS SEPTIMÆ CAPITA XIII.

- | | |
|--|---|
| 1 De Vigilijs, Festis & Octauis Sanctorum. | 7 De Festis Sanctorum mense Maio. |
| 2 De Festis Sanctorum mense Decembri. | 8 De Festis Sanctorum mense Iunio. |
| 3 De Festis Sanctorum mense Ianuario. | 9 De Festis Sanctorum mense Iulio. |
| 4 De Festis Sanctorum mense Februuario. | 10 De Festis Sanctorum mense Augusto. |
| 5 De Festis Sanctorum mense Martio. | 11 De Festis Sanctorum mense Septembri. |
| 6 De Festis Sanctorum mense Aprili. | 12 De Festis Sanctorum mense Octobri. |
| | 13 De Festis Sanctorum mense Nouembri. |

De Vigilijs, Festis & Octauis Sanctorum.

CAPVT I.

1 **D**E his vide in primo Tomo, & in Præfatione ad Octauarium Romanum.

2 Historias singulorum Sanctorum, de quibus in Breuiario fit Officium,

non est huius loci recensere; aliorum est prouincia, non nostra.

3 Quare hoc loco tantum est dicendum: Primò, quandonam cuique Sancto, de quo fit Officium, fuit assignata sedes in Calendario Romano; seu, quod idem est, in Breuiario. Sedem autem intellige eum diem quo quisque descriptus est in Calendario Roma-

Romano: quæ sedes est ita propria cuiusque, ac si eo die obiisset; licet verè alio die obierit, & in diem præscriptum alia de causa translatus fuerit, saluis tamen Rubricis circa diem obitus. Deinde, quo ritu quisque colendus est, & à quo præscriptus. Tertio, quis auctor Officij quod de vnoquoque recitatur. Quarto, circa Vigilijs & Octauas quæcumque occurrunt notanda.

4 Vt autem assequamur primum, citabo Micrologum, qui floruit circa annum 1080. tum Durandum, qui circa annum 1280. tum Radulphum, qui Calendaria collegit Sanctorum, & obiit anno 1403. tum Missalia & Breuiaria M. S. Bibliothecæ Vaticanæ, tum Appendicem M. S. Sacramentarij S. Gregorij, eidem Sacramentario additam non longè post tempora S. Gregorij, quæ in Bibliotheca eadem habetur; & redolent illa M. S. antiquitatem saltem supra trecentos annos, & ultra. Quæ in Sacramentario ipso S. Gregorij habentur in hanc causam, suis locis non omitam. Alios quoque Auctores referam, de quorum fide non videtur dubitandum esse.

5 Ritus verò Duplicis, Semiduplicis & Simplicis Officij à quo datus, seu mutatus fuerit in vnoquoque Sanctorum Festo, ex antiquis solus Durandus indicare poterit, qui Duplicium & Semiduplicium satis distinctè meminit *lib. 7. cap. 1.* Micrologus quandoque indicat, Radulphus parcissimè. M. S. Breuiaria suppeditabunt multa. Et quidem ante Nicolaum III. pauciora erant Sanctorum Festa cum nouem Lectionibus apud Romanos: ex quibus Pontificum Romanorum martyrum pleno Officio, id est, cum nouem Lectionibus, ait *Microlog. c. 43. age-*

bantur Festa, ex Decreto Gregorij VII. quo tempore Micrologus vivebat; sed Nicolaus (cuius ætate vivebat Durandus) amotis ab Vrbe alijs Breuarijs & Missalibus, mandauit, vt adhiberentur tantum Breuiaria Fratrum Minorum, vt scribit Radulphus *Propos. 22.* indeque omnes libri Romæ de diuinis Officijs fuere noui, & Franciscani; contra quos idem Radulphus acriter inuehit, quod plures Sanctos in Calendarium inuexerint quàm antea, & cum nouem Lectionibus, nullos ferè cum tribus, in præiudicium Psalterij.

6 Dixi ex Micrologo, decreuisse Gregorium VII. Officia nouem Lectionum, seu plena, SS. Pontificibus Romanis Martyribus: quod tamè hodie non est de omnibus in vsu; & negat Radulphus hunc vsu *Propos. 22.* Sed conciliari possunt hoc modo: quod vel Decretum Gregorij VII. non fuit vsu receptum; vel Romæ tantum, non vbique; vel per non vsu deinde paulatim per trecentos annos, qui inter Micrologum & Radulphum intercessere, in aliquibus Festis abrogatum esse. Variorum horum rituum causam attulimus *Sectione 3. cap. 2. num. 1. pag. 20.*

7 Quod attinet ad Auctores Officiorum, quando certos habuerimus, eosdem nominabimus. Illos esse Auctores putat regulariter Cornelius Schultingius *Tom. 3. Biblioth. Eccles. par. 1.* qui eorundem Sanctorum Festa decreuerunt, eorum enim auctoritate fuere composita, & edita.

8 Si quæ ex his nos fugerint, traditioni Ecclesiæ, auctoritati Pij V. & Sedi Apostolicæ ea reseruata esse intelligantur. Gregorius creditur eorum auctor, quorum nomina sunt in eiusdem Sacramentario.

9 Denique sequemur Ordinem mensium à Vigilia sancti Andreae, qui est ordo Breuiarij in Proprio Sanctorum; licet atineat ad finem mensis Nouembris.

*De Festis Sanctorum mense
Decembri.*

C A P. I I.

Die 29. Nouembris. Vigilia S. Andreae. Extat Decretum de Vigilia Apostolorum apud Clementem *lib. 8. Const. Apost. cap. 39.* & Innocentium III. *de Obseru. ieiun. cap. 2.* Officij auctor Pius V. est, qui Vigilijs omnibus addidit Homiliam super Euangelium Missae, & Orationem eiusdem Missae: nec antea fiebat de Vigilia, nisi in Missa; quod hoc loco satis sit semel dixisse. Officium Missae huius habetur in Antiphonario sancti Gregorij, & Orationes in Sacramentario eiusdem. Epistola, & Euangel. vt in Comite seu Lectionario sancti Hieronymi.

In Aduentu nihil fit de Vigilia, nisi in Missa, quia cedit Vigilia Fer. Aduentus digniori. Missa verò dicitur de Vigilia cum commemoratione Ferae, & S. Saturnini; quibus additur quarta, *Fidelium*, si incidat in Feriam secundam, & quinta de B. Virgine, iuxta Rubr. gener.

Saturnini. Fiebat de eo Officium in Breu. 1550. Vener. edito; nunc à Pio V. decreta est tantum eiusdem commemoratio. Habentur Orationes Missae omnes in Sacramentario S. Gregorij.

30. Nouembris. Andreae Apostoli Festum à primitiua Ecclesia, ex Clemente supra cit. quod Bonifacius VIII. Decreto firmavit, in honorem omnium Apostolorum. Vide Azor.

par. 2. lib. 1. cap. 24. initio. Idem Bonifacius Duplicem stabiliuit ritum. Epistola, & Euangelium, vt in Comite Hieronymi. Officium Horatum à S. Gregorio I. qui eidem Apostolo impense addictus erat, fuit compositum, ex Belet *cap. 164.* tamen Radulph. *Propos. 12.* affirmat, Antiphonas à Gallis compactas. Officium Missae, praeter Communionem, habetur in Antiph. Gregoriano, & in Sacramentario Orationes omnes.

2. Decembris. Bibiana Festum in Breu. M. S. antiquissimo Vaticano *vol. 4753.* Simplex in Breu. 1550. Nunc Semiduplex ab Urbano VIII. anno 1628.

4. Barbarae. In Appendice Vatic. Sacramentarij Gregor. *vol. 3806.* meminit Manuel *tit. de Ferijs.* testatur Rad. *Prop. 17.* à Teutonicis Festum fieri. Simplex erat in Breuiario 1550.

5. Sabbae. In Breu. Vatic. 4760. Radulph. *cit. loco,* Romae fieri scribit. Simplex in Breu. 1550.

6. Nicolai Episc. In Appendice citata Gregoriana. Zonaras in Vita Alexij asserit, hoc Festum institutum vndecimo saeculo, hoc est, circa annu 1100. S. Bernardus Sermonem habuit in hoc Festo. Manuel habet in *tit. de Ferijs.* Radul. *loco cit.* testatur, ab omnibus receptum. Semiduplex apud Duran. *lib. 7. cap. 1.* Pius V. Homiliam legi iuxta Rubricas, & Lectiones secundi Nocturni emendatiores & breuiiores edi curauit. si transferatur, muta tertium Versum in Hymno, *Iste confessor.*

7. Ambrosij. Ordinationis Festum est, quia obiit in Sabbato sancto. in dicta Appendice Gregor. habetur, ratione obitus, in Aprili. Bonifacius VIII. Decreto suo Doctores Ecclesiae Duplici ritu coli praecipit, Officium de
Com-

Communi, præter 2. Lectiones. Paulò ante Bonifacium Doctores quatuor Latini habuere Officium Semid. apud Ordinem Minorum anno 1260. vt scribit VVadingus in Annal. Minorum. In Hymno, *Iste Confessor*, mutatur Versus tertius, vt in Breuiario recognito.

8. Conceptionis B. Virginis. A. S. Nicolao habuisse ortum, scribit Ribadeneira; sed vnde probat? puto falli, quia dicitur S. Nicolaus Pontificali veste indutus apparuisse Abbati Elismo, de quo S. Anselmus, & monuisse, vt celebraret hoc Festum. Et Petrus quidem de Natal. lib. 1. *Catal. Sanctorum cap. 41.* nominat Nicolaum; sed Anselmus scribit de illo Pontifice qui apparuit, vti anonymo. vnde ergo hausit nomen Petrus de Natalibus? Quidquid sit, in Hispania primùm celebratum esse hoc Festum Trithemius asserit sub S. Ildephonso; sed negat Salazar de Conceptione B. Virginis cap. 35. num. 53. & cum Bernardino Bulto facit auctorem Gondifaluum Episcopum Tholosanum, qui paulò post Ildephonsum vixit, ante annum 800. antequam Græci & Latini celebrarent, & ibidem num. 54. id probat fusiùs. Deinde Fridericus Patriarcha Aquileiensis in suis Ecclesijs Festum egit, qui obiit anno 897. ex lib. 4. *Ligni vite.* In Anglia Anselmus Festum edixit, seu Elsimus Abbas, ex lib. *Ligni vite* 5. c. 103. anno 1109. tum ex Baron. in *Martyrologio.* In Gallia dilatatum est circa annum 1145. Manuel commemorat tit. de *Ferijs.* Ab Ordine Minorum ab anno 1263. celebrari decretum est, ex Annal. Min. citatis supra. A Romanis ante annos trecentos fuisse celebratum Romæ in domo Carmelitarum, cum Cardinalium in-

teruentu, Missa solemnè, & Sermone de eodem Festo, singulis annis, tamquam de re annorum multorum ante se, scribit oculatus testis Io. Baconus in 4. *Dist. 2. quest. 4. art. 3.* Postea Sixtus IV. euulgauit in omnem Ecclesiam anno 1483. Quare ducentis abhinc annis est Festum vniuersale Romanæ Ecclesiæ: quòd à Concilio quòque Basiliensi anno 1438. *Sess. 36.* fuerat approbatum. Duplex à Sixto IV. Officium autem de Natiuitate dicitur ex reuelatione Angelica, de qua scribit Anselmus in *Epistola ad Episcopos Angliæ.* Pius V. innouauit Lectiones. Clemens VIII. Duplex maius esse declarauit. Nonnulli putant, in tertia Antiphona ad Laudes pro *exorta*, dici debere *concepta*: sed vsu communi non mutatur hoc verbum, & est commune Conceptioni & Natiuitati, vt ritè intelligenti patet.

10. Melchiadis. Ex Decreto Gregorij VII. citato à Microl. cap. 43. in Appendice Gregoriana. Simplex in Breu. M. S. & in edito 1550. Vbi fit de eo Festum nouem Lectionum, dicitur octauum Resp. *Domine praueniisti*: quia in Martyrologio multa quidem est passus; non tamen effudisse sanguinem dicitur: quod enuntiatur in Responso, *Hic est verè martyr*, &c. idcirco omittendo.

11. Damasi. In d. Appendice Greg. & in Cod. Pameliano Sacram. Gregor. cum Orationibus, alijs à nostris. Semiduplex à Pio V. cum Officio proprio, excepta Oratione quæ habetur in Breu. M. S. & edito 1550. sub ritu Simplici. Si transfertur, mutatur Versus tertium in Hymno, *Iste confessor.*

13. Lucie. In Antiphonario & Sacramentario S. Gregorij, sed post

Gregorium, ex Pamelio *ibidem*. Semid. apud Dur. & in Breu. 1521. Duplex à Pio V. addita Homilia ab eodem. Oratio Secreta & Postcommunio discordant à citato Sacramentario Romæ edito, non autem à Codice Pameliano.

15. Eusebij Vercell. Ordinatio: nam obijt Cal. Augusti; & quia tunc fit commemoratio SS. Machabæorum, Clemens VIII. assignauit illi hanc diem, Io. Stephano Ferrerio Episcopo Vercellensi procurante. S. Ambrosius habuit duos Sermones in eius laudem.

20. 21. De Vigilia & Festo S. Thomæ Apostoli eadem, quæ diximus de sancto Andrea Apostolo. Officium à Gelasio, ex Schulting Oratio prima, & Secreta Missæ in Sacram. Gregor. Si Vigilia incidat in Feriam Quatuor Temporum, in Missa de Quatuor Temporibus fit commemoratio Vigiliæ, in Officio nihil fit de Vigilia. At, cur non dicuntur duæ Missæ, de Temporibus, & de Vigilia? quia ambæ dicendæ forent post Nonam, nulla Hora mediâte inter eas: quod non conuenire docuimus *To. 1. par. 1. tit. 7. n. 2. p. 16.* Si Festum S. Thomæ sit titulus Ecclesiæ, & occurrat in Dominica quarta Aduentus, in Sabbato dici debent Antiphonæ ad Laudes Dominicæ quartæ, cum Antiphona *Expectet.* & in Feria secunda Antiphonæ eiusdem Feriæ, quia Octaua non fit amplius, & Rubrica præcipit in Sabbato eas dici quæ occurrunt ipsa die S. Thomæ, si non transfertur.

25. Anastasiæ. In Sacramentario & Append. Greg. & non fit de ea, nisi in secunda Missa Natiuitatis.

De SS. Stephano, Ioanne, & Innocentibus, vide supra *Sect. 6. cap. 6. pag. 113.*

29. Thomæ Cantuariensis. Calendarium Cisterciense editum Diuione anno 1617. tradit, obiisse die 25. Decemb. iisque diebus impeditis fieri Festum hac die. Ciacconius in Alexandro III. scribit, in Festo Innocentium ad Aram fuisse percussum, sed Breuiarium Romanum die 29. occubuisse tradit: cui magis est credendû. Festum circa annum 1200. fuisse institutum, scribit Continuator Sigeberti. Semidup. in Breuiario M. S. Auctor Officij creditur Alexander III. à Schult. Pius V. addidit Homiliam.

31. Siluestri. In Sacram. S. Gregorij. Semid. in Breu. 1550. Duplex à Pio V. Officium à S. Gregorio, ex Cornel. Schultingio. Habetur Officium Missæ in cit. Sacram. & in citato Antiphonario. in Comite S. Hieron. erat Euangel. *Vigilate.*

De Festis Sanctorum mense Ianuario.

CAP. III.

DE OCTAUIS SS. Stephani, Ioannis & Innocentium, diximus supra *Sect. 6. cap. 6. pag. 114.*

5. Telesphori. In Append. Gregor. restituitque Festum Clemens VIII. vel potius instituit commemorationem.

11. Hygini. In dicta Appendice Greg. Simplex in Breu. 1550.

14. Hilarij. In Appendice Gregor. Semid. à Pio V. qui & Officium addidit. erat enim Simplex 1550. Si Festum hoc transferatur, Versus erit, *Iustum deduxit*, &c. quia cessat ratio mutationis in concursu aliorum duorum Confessorum. Vbi verò est primæ classis, diuidatur octaua Lectio in duas. In Hymno *Iste confessor* mutatur tertius Versus, vt in Breu. quæ

quæ mutatio fit etiam in sequenti Festo; quia ambo obiire extra hos dies: Hilarius die 13. Paulus die 10. Ianuarij.

Felicis in Pincis. In Comite S. Hieron. & in Sacrament. Gregor. Simplex in Breu. M. S. Officium à Paulino Nolano, ex Schult. Vbi fit de eo Festum nouem Lectionum, dicitur octauum Responf. *Domine præuenisti.* quia non fulo sanguine mortuus est.

15. Pauli primi Eremitæ. In Append. Greg. Simplex in Breu. 1550. Semid. à Pio V. cum Officio.

Mauri Abbatis. In Missal. Vatic. vol. 4743. apud Teuton. ex Radul. Prop. 17. Simplex in Breu. 1550. Lectio eiusdem à Clemente VIII.

16. Marcelli. In Comite S. Hieron. in Sacrament. S. Gregorij. Semid. à Gregorio VII. ex Microl. 43. Officium à Gregorio I. *ibidem* Microl.

17. Antonij Abbatis. Ante annos 1200. ex Actis S. Euthymij, vt Baron. ait in Martyrol. in Appendice Greg. reperitur. Simplex in M. S. Breuiar. Semid. 1550. Duplex à Pio V. qui addidit Homiliam.

18. Cathedræ Petri Rom. S. Augustinus duos habuit Sermones. Beda meminit. Baronius deducit ex Appéd. Greg. Restituit Paulus IV. 1558. à quo ritus Duplex. Officium autem desumptum est ab Antiochena Cathedra: quod est Gregorianum, ex Schult. Addidit Clemens VIII. quòd sit Duplex maius, & Homiliam S. Hilarij.

Priscæ. In Sacr. Gregor.

19. Marij, Marthæ, &c. In Appen. Greg. Simplex in Breuiar. M. S. & 1550.

20. Fabiani & Sebastiani. S. Aug. *Sermone 100. de Diuersis* agit de S. Sebastiano, Vterque in Comite S. Hie-

ron. & Sacram. Greg. Semid. 1550. Duplex. à Pio V. addita Homilia. Officium est Gregorianum.

21. Agnetis. Eius Festum celebrans Ambrosius incepit libros de Virgin. Habetur in Comite Hieron. & Sacrament. Gregorij. Semidup. apud Dur. & in Breu. 1550. Duplex à Pio V. Officium à S. Ambrosio, ex Schult. Pius V. addidit Homiliam. Lectiones secundi Nocturni, quæ sunt S. Ambrosij, iussit legi Clemens VIII. ob eius autem fortitudinem egregiam, tam in Matutino quàm in secundis Vesperis, dicuntur Psalini de Communi virorum Sanctorum: ijdemque dicendi sunt in primis Vesperis in propria Ecclesia, sicuti dicuntur in Festo S. Agathæ. Mendum aliqui putant esse in textu Lect. 4. editionis Vaticanæ, sub Clemente VIII. in ijs verbis, *Natalis est S. Agnes*, quæ habentur in textu S. Ambrosij: at in casu genitiuo *Agnes* erat in vsu apud SS. Patres, & apud S. Hieronymum, cuius verba in Martyrologio Romano sunt: *Agnes vita laudata est.* utroque igitur modo potest legi, *Agnes, & Agnetis.*

22. Vincentij & Anastasij. De primo Augustinus habuit Sermones. duos, adest etiam in Sacram. & Antiphon. Greg. sed Pamelius negat Officium Missæ à sancto Gregorio compositum. Vtriusque ritus Simplex in Breu. 1550. Semid. in Breu. M. S. Officium à S. Gregorio. addidit Homiliam Pius V.

23. Emerentianæ. In Appendice Gregor. Simplex in Breuiar. M. S. & 1550.

24. Timothei. In Missali Vatic. volum. 3808. apud Teutonicos, Radul. Prop. 17. Simplex in Breu. 1550.

Semidup. à Clemente VIII. Homilia addita.

25. Conuerſionis S. Pauli. Auguſtinus Sermonem habuit. In Sacramentario Gregor. & ex generali conſuetudine fit, ex Radul. *Prop. 17.* Semiduplex apud Dur. *lib. 7. cap. 1.* Duplex apud Radul. *loco cit.* Inuitatorium eſt Hermanni Contracti, ex Schulting. qui & inde argumentatur, eundem eſſe auctorem totius Officij. ſed, exceptis Lectionibus, idem eſt Officium ac Commemorationis, 30. Iunij, quod à S. Gregorio fuiſſe compoſitum, docet Microl. *cap. 42.* quod neque negat Schultingius. Homiliam Bedæ addidit Clemens VIII. & declarauit, eſſe Duplex maius.

26. Polycarpi. Smyrnenſis Eccleſia ſtatim ac obiit Feſtum indixit, vt ex eiusdem Epistoſta pater. In Append. Greg. habetur 1. Februar. Simplex in Breu. 1550. Semidup. à Clemente VIII.

27. Ioannis Chryſoſtomi. Tranſlatio eſt, ait Menologiũ & Martyrologium Rom. nam obiit 14. Septembris, quo die fit Feſtum Crucis. In menſe Septembri fuit hoc Feſtum celebrari cœptum die 26. anno 427. ex Ciacconio in Cæleſtino I. ſeu ex Baronio ad eundem annum, *num. 20.* habetur ante Feſtum Crucis in Breu. Vatic. *vol. 4751.* in Ianuario verò in Miſſali Vatic. *vol. 3808.* Simplex, in Breu. 1550. Duplex, à Pio Quinto, vnà cum Officio. In Hymno *Iſte confessor* mutatur tertius Verſus, vt in Breuiario.

28. Agnetis ſecundò. In Sacramentario Gregoriano: eratque titulus in Appendice Gregoriana, *De natiuitate Agnetis*; quia nata eſt hodie, ex Gemma *lib. 3. cap. 23.* explicat

Durandus *lib. 7. cap. 3.* non eſſe Octauam Feſti: ſed natiuitatem hoc loco intellige, quòd nata eſt cælo, non autem natalem illius diem in carne, vt notat Pamelius in Sacramentario Gregor. tum quia nata eſt vt alij; tum quia, ex Auguſtino *Sermone 20. de Sanctis*, nullius hominis natiuitatem legimus celebrari poſt Natalis Domini diem, niſi ſolius beati Ioannis Baptiſtæ. Et licet poſt Auguſtinum celebrari cœpta ſit Natiuitas B. Virginis, & potuerit S. Gregorius Auguſtino poſterior indicere Feſtum cum titulo, *De natiuitate B. Agnetis*: cum tamen illa B. Virginis vbique recepta fuerit Feſtiuitas, vt de ſancta Natiuitate; de ſancta verò Agnete non habeamus, quòd fuerit in vtero matris ſanctificata; hinc fit probabilius, Feſtum fieri ob apparitionem eiusdem parentibus, & Conſtantia, vt narratur in Lectione Breuiarij, quæ facta eſt octaua die, ait Baron. in *Martyrolog.* Quare, abrogato dicto titulo, in Calendario dicitur aptius, *Agnetis ſecundò.* Sex Lectiones, & Officium, vt in die, habuit in Breuiar. M. S. & 1550. nunc Simplex à Pio V. Officium, & Gregorianum eſt, ſumpta coniectura ex Sacramentario eiusdem à Cornelio Schultingio. Vbi celebratur Octaua S. Agnetis, dicuntur omnia vt in die, excepta Oratione, Antiphona *ad Magnificat* in primis Veſperis, Lectionibus 1. Noct. de Scriptura occurrente, & Lectione 4. quæ eſt de S. Agnete ſecundò; quinta & ſexta de Communi Virginum, vel, vt in Octauario Romano. Reliqua vt in Feſto ſeu Octauario.

De Festis Sanctorum mense
Februario.

CAP. IV.

1. Ignatij. Extat Sermo S. Ioannis Chrysoptomi. Manuel meminit *tit. de Ferijs*. Appendix Sacramentar. Gregoriani habet Festum in Decembri, sed in Breuiario Vaticano *volum. 4751.* in Februarij primo. Lectiones nouem habebat in Breuiario impresso 1521. & 1550. Homiliam addidit Pius V. & Lectiones secundi Nocturni.

2. De Purificationis beatæ Virginis Festo, vide quæ diximus in primo Tomo. Duplex apud Duran. *loco cit.* Officium habetur in Ordine Romano. Pius V. addidit primas Lectiones de Scriptura. Nota, quatuor esse solemniores B. Virginis Festiuitates, Purificationem in Hieme, Annuntiationem in Vere, Assumptionem in Aestate, Natiuitatem in Autumno. Si occurrat hoc Festum in Dominicis priuilegiatis, transfertur in Feriam secundam, ex Decreto Clementis VI.

3. Blasij. In Appendice Gregoriana. Simplex, in Breuiar. 1550. erat Semidup. in Breuiar. 1521. nunc Simplex à Pio V. Gemma *lib. 3. cap. 25* meminit cum luminum vsu. An fortè ad signandum guttur, quod in Prouincia Mediolanensi adhuc est in vsu cum candelis accensis pridie benedictis?

5. Agathæ. In Antiphonario & Sacramentario Gregorian. sed post Gregorium, ait Pamelius in *Antiphonario eiusdem*; & ex Radulph. *Propos. 17.* de consuet. generali. Semidup. apud Durand. & Radulph. *locis citatis.* mutauit Homiliam Pius V. cum Euangelio: & ob eius præclara merita dicuntur

Psalmi in toto Officio de Comuni Sanctorum virorum.

6. Dorotheæ. In Appendice Gregoriana. Simplex in Breuiar. M. S. & 1550. Hymnus eius extat in Breuiario Toletano.

7. Romualdi. Clemens VIII. 9. Iulij 1595. Semid. ritu, vnà cum Officio, Breuiario apposuit. qua die fuit translatum eius corpus Fabrianum in Pice-no, ex Baron. in *Martyrologio*: nam obiit die 19. Iunij, impedita Festo SS. Gervasij & Protasij; quorum Missa non erat expungenda de Missali, quæ habet Introitum proprium (vt dicemus suo loco) vt eius vice poneretur Missa S. Romualdi cum sola commemoratione SS. Martyrum: & ideò in Hymno *Iste confessor* mutatur tertius Versus.

9. Apolloniæ. In Missali Vatic. *vol. 3808.* Simplex, & in Breu. 1550.

14. Valentini. In Comite S. Hieronym. & Sacramentario Gregorian. Simplex, 1550. & nullam Lectionem habet in Breuiarijs M. S. neque apud nos.

15. Faustini & Iouitæ. Appendix Gregor. Simplex in Breu. 1550.

18. Simeonis. In Breuiar. Vatic. *volum. 4751.*

22. Cathedræ S. Petri Antioch. In Comite Hieron. Antiphonario Gregor. & in eiusdem Sacramentario; vbi additur in *Roma*, in editione scilicet Romana, non autem in Pameliana. Dicitur fuit Festum S. Petri epularum, quia vinum & epulæ offerebantur pro mortuis, Ioan. Beletii *cap. 93.* Semidup. apud Duran. *loco cit.* Duplex ex consuetudine generali apud Radulph. *Propos. cit.* Officium vel à S. Gregorio, vel à Gelasio, ex Ordine Romano conijcitur. Orationis Auctor S. Leo

S. Leo II. ex Duran. *lib. 7. cap. 15.* Homiliam S. Leonis addidit, & haberi Duplex maius iussit Clemens VIII. Notat Belet *loco citato*, sub nomine Antiochenæ comprehensam fuisse etiam Romanam Cathedram suo tempore; nunc distinguuntur. Si concurrat hoc Festum cum Dominica Sexagesimæ, ut in Tabulis nostris 29. 30. nihil refert, dici bis Orationem de S. Paulo sub diuersa ratione formali, de qua vide in *Tomo 1. par. 4. tit. 5. num. 15. pag. 235.*

23. Vigilia S. Mathiæ. Eadem, qua de Vigilia S. Andreæ. Officium à Pio V. Si dies sequens fuerit Fetiæ quarta Cinerum, & idè transferatur Festum sancti Mathiæ in Feriam 5. eo casu in secundis Vesperis Vigiliæ dicuntur Preces feriales cum Oratione Dominicæ, non Vigiliæ, ut in Rubricis generalibus *tit. de Precibus num. 5. Vide supra pagina 97. n. 10.* & quia casus est singularis huius loci proprius, idè & hoc loco adnotauimus. In anno bissextili in lectione Martyrologij transfertur pronuntiatio huius Vigiliæ & Festi sequentis, ut dicitur in eodem Martyrologio.

24. Mathiæ. Vti diximus de S. Andrea, quoad originem Festi. habetur in Sacramentario Gregorij. Duplex à Bonifacio VIII. Pius V. addidit Euangelium cum Homilia, & Lectiones secundi Nocturni mutauit. Quòd autem in bissextili anno fiat Officium die sequenti 25. Alexander III. præcepit, *de Verb. signific. cap. 14.* Concionem de S. Mathia habuit Berno. Secreta Missæ alia est in Sacrament. Greg.

Circumfertur Officium sancti Conradi 19. Februarij, &, quod peius est, Venetijs intra Breuiarium impressum est sine Decreto sacræ Rituum Con-

gregat. quæ illud concessit Placentinis & Nettinis in Sicilia tantum, sub ritu Semidupl. 19. *May 1614.* deinde ab Urbano VIII. etiam Ordini Minorum S. Francisci, *die 13. Septemb. 1625.* quocirca non est cuique datum illud recitare, neque fuit ad libitum concessum.

De Festis Sanctorum mense Martio.

C A P. V.

Festa Sanctorum in Quadragesima ab antiquis non celebrabantur: quem ritum retinet mordicus Ecclesia Ambrosiana: longè tamen ante Micrologum cœperunt coli in Quadragesima, ut idem significat *cap. 48.*

4. Casimiri. Extat Decretum, Paulo V. Pontifice, sacræ Rituum Congregationis, quòd fiat Semiduplex, *die 23. Ianuary 1621.* Officium autem sub Clemente VIII. fuerat editum pro Regno Polonia; deinde à Paulo V. ad vsum communem approbatum fuit *die 7. Augusti 1621.* In lectione Martyrologij legatur primo loco, iuxta leges Martyrologij.

Lucij. In Appendice Gregoriana. restituit Clemens VIII. ob eiusdem corpus inuentum cum corpore SS. Valeriani & Tiburtij in Ecclesia S. Cæciliæ.

7. Thomæ Aquinatis. A Ioanne XXII. anno 1323. vti Doctoris, à Pio V. 1567. Simplex in Breuiar. 1550. à Pio V. Duplex, cum Officio, si transferatur, mutatur tertius Versus Hymni, *Iste Confessor.*

Perpetuæ & Felicitatis. S. Augustinus in hoc Festo tres tractatus habuit, ex Possidio; & habetur Festum in calce

calce Sacramentar. Gregor. Simplex in M. S. & 1550. vt hodie.

9. Quadraginta Martyrum. Basilius & Nyssenus Orationes habuere in eorum Festo, Manuel *in tit. de Ferijs.* in Appendice Greg. habetur Festum; Simplex in M. S. & 1550. Semidupl. à Pio V. cum Officio.

12. Gregorij Papæ. In Sacramentar. Gregor. hac die, cui statim additum fuit in calce hoc Festum post eius obitum; sed Orationes Missæ discordant à nostris in editione Romana, concordant in Pameliana. In Septembri, quando fuit ordinatus, die 3. Festum agebatur, ex Radul. *Proposit. 17.* eo tempore quo in Quadagesima natalitia Sanctorum non colebantur. Officium ab eiusdem successoribus statim, ex Schultingio. Duplex à Bonifacio VIII. si transferatur; mutatur in Hymno *Iste confessor tertius Versus.* quæ mutatio quoque fit, si transferantur sequentia Festa.

17. Patricij. Ab Urbano VIII. in recognitione Breuiarij. sine Lectione, quia semper occurrit in Quadagesima; & in Martyrologio erit de eo legendum in primo loco.

19. Ioseph. In Append. Gregor. cum hoc tit. Nutritoris Domini. Renouauit Festum Sixtus IV. Præcepit diem populo Festum Gregorius XV. cum Decreto sacræ Rituum Congregat. 8. *May* 1621. Duplex in Breuiar. 1550. Pius V. mutauit Officium, quod prius erat totum de eodem propriussum.

20. Ioachim. A Gregorio XV. qui Duplici ritu celebrari iussit 2. *Decemb.* 1622. Officio approbato die 18. *Martij* 1623. Conuenit in Quadagesima legi Lectionem nonam additam octauæ, cum in ea contineatur summum priuilegium S. Ioachim,

quod sit nimirum pater B. Virginis, & in huius rei gratiam legitur Euangelium de generatione Christi.

21. Benedicti. In calce Sacramentarij Gregor. & intra Antiphonarium eiusdem, sed posterius est Gregorio, ait ibidem Pamelius; & de generali consuetudine, Radulph. *Proposit. 17.* qui & Semiduplex asserit habuisse Officium, quod durauit vltra annum 1521. vt ex Breuiar. eodem anno impresso constat. Duplex in Breuiar. 1550. vt hodie. Officium est Gregorianum, vel, vt ait Schulting. à sancto Bernardo, vel à Petro Damiani, vel Odone Floriacensi; aliud tamen Officium Missæ habetur in Antiphonario Gregoriano in mense Iulio.

25. Annuntiationis B. Virginis. Orationem habuit (creditur in eius Festo) S. Gregor. Thaumaturgus, quam in Latinum transtulit Card. Sirletus, seu veriùs, ex Notis Baronian. in Martyrologium, eo prodente Græcam latinitati donauit Willelmus Lindanus Ruremundensis Episcopus. meminit Festi S. Athanal. *Enarratione de Deipara; qua tamen videtur irribuenda Cyrillo; cum ibi pugnet auctor contra Nestorium.* Sexta Synodus cap. 12. meminit Festi tamquam antiqui, citata à Baron. in *Not. Martyrolog.* S. Augustinus Sermonem de eadem habuit, S. item Petrus Chrysologus. Festum habetur in Sacramentario Gregoriano. Duplex apud Duran. *supra.* Lectiones primi Nocturni habentur eadem hodie quæ in Ordine Romano. reliquum Officium Schultingius Ildephonso tribuit. Orationes Missæ habentur in Sacramentario Gregoriano. Quid agendum sit, quando Festum hoc incidat in vltimo biduo maioris Hebdomadæ, An populus audire

T

Mis-

Missam teneatur, an queat communicare, diximus in primo Tomo, cum de ijs quæ ad Missam spectant, pag. 262. & 272. Si transferatur post Dominicam in Albis, primæ Vesperæ erunt de beata Virgine cum commemoratione Dominicæ.

*De Festis Sanctorum mense
Aprili.*

C A P. VI.

2 **F**RANCISCI de Paula. In Missali Romano fuit anno 1557 restituit Sixtus V. 1585. qui & Duplex Officium recitari iussit: quod mutatum quidem fuit in Semidup. à Clemente VIII. ne Officium Dominicæ impediret (quod in sequentibus similibus mutationibus obserua) sed restitutum denuò Duplex (quia Ordinis Fundator) à Paulo V. fuit. Officium verò à Sixto V. fuerat euulgatum, si transferatur, mutatur Versus tertius Hymni, *Iste confessor.*

11. Leonis. In Appendice Gregoriana: non tamen fuit in Breuiarijs M. S. & 1550. à Pio V. deinde cum Duplici ritu & Officio fuit restitutum. In Octauario Romano pro Octaua sancti Leonis potuissent legi (monet Praxis Cærimoniarum Auctor) Lektionen, seu Homiliæ in Festis sancti Petri 29. Iunij & 18. Ianuarij: sed Bellarminoplacuit, Homiliam tantum infra hanc Octauam legi à S. Leone compositam, in qua de se loquitur, & cuius gratia datum est huic Festo tale Euangelium. si transferatur, mutatur tertius Versus in Hymno, *Iste confessor.*

14. Tiburtij & Valeriani, &c. In Sacramentar. Gregor. Simplex in M. S. & deinceps. Officium Grego-

rianum. Non dicitur, *Hæc est vera, &c.* quia non est 3. Paschale, neque sunt omnes fratres.

17. Aniceti. In Appendice Gregor. Semid. ex Microlog. cap. 43. Romæ tantum, Radulph. Propos. 22. Simplex in Breu. M. S. & 1550. vt hodie.

22. Soteris & Caij. In Append. Greg. Soteris tantum, Radul. Propos. 22. Semid. ex Microlog. cap. 43. Simplex in M. S. & 1550. à Pio V. restitutus est ritus Semidup. vnà cum Officio.

23. Georgij. In Antiphon. & Sacram. Greg. sed additum putat Pamelius *ibidem* post S. Gregorium, Manuel. *tit. de Ferys.* Simplex in M. S. Breuiar. & 1550. à Pio V. Semiduplex cum Oratione sumpta à Festo sancti Barnabæ. Nulla Lectio propria in antiquis, neque in recentioribus.

25. Marci Euangelistæ. Ordo Roman. Sacramentar. Gregor. Decretum Bonifacij VIII. qui ritum Duplicem præscripsit. De Litanij maioribus, vide præcedentem *Sectionem cap. 16. pag. 128.* Deceuit sacra Rituum Congregatio Litanias maiores occurrentes in die Paschatis differendas esse in Feriam tertiam sequentem: quod, me petente, sanciuit die 25. Septem. 1627. eò quia Missa Episcopalis, Communio totius populi, & Cleri ob has causas occupatio, impediunt Processionem, in die tamen Festo faciendam, ex institutione sancti Gregorij. quare hæc translatio solius erit Paschatis diei priuilegium, non autem dierum qui sequuntur. Obijciebatur Concio matutina; at hæc vel ante vel post Processionem haberi poterit, vel à prandio, vt in Paschate.

26. Cleri & Marcellini. In Appendice Gregor. Semidupl. ex Microlog.

log. 43. Romæ tantum, ex Radulph. *Proposit. 22.* Simplex in M.S. & 1550. Semidup. à pio V. restituitur, à quo & Officium.

28. Vitalis. In Antiphonar. & Sacramentar. Greg. In hoc Festo Sermonem habuit Petrus Card. Damiani, apud Surium *Tom. 2.* Simplex in M.S. & 1550. vt hodie.

29. Petri Martyris. In Breu. Vatie. *vol. 4760.* restituit Sixtus V. 1586. qui & Duplex cum Officio instituit. Semiduplex iussit esse Clemens VIII.

30. Catharinæ Senensis. Clemens VIII. commemorationem ordinavit in præcedenti die, suggerente Roberto Card. Bellarmino: at Urbanus VIII. Semid. Officium esse voluit *7. Aug. 1628.* Lectiones proprias & Orationes addidit, præsertim ad varietatem Orationum in Officio & Missa, quando contingit hoc Festum transferri in diem 4. Maij, in qua occurrit Festum S. Monicæ.

De Festis Sanctorum mense Maio.

CAP. VII.

Philippi & Iacobi. Sine Vigilia, ex Innoc. III. *de Observ. ieiun. cap. 2.* Officium Vigiliæ adhuc legitur in Sacrament. Gregoriano pro Missa tantum. Festum, vt de S. Andrea dictum est. Officium creditur à Schulting. esse Pelagij Pape, qui eorum corpora condidit in Basilica duodecim Apostolorum, & vno eodemque die vtriusque Festum celebrari iussit. Habetur in Comite Hieron. in Antiphon. & Sacramentario Gregoriano Offic. Missæ. Si occurrit hoc Festum in Sabbato Dominicæ 3. post Pascha, tunc in Dominica 4.

debent legi Lectiones Ferie 2. sequentibus initium Epistolæ S. Iacobi legatur immediatè duobus diebus; vt supra diximus *Seet. 6. c. 15. num. 6. pag. 128.* quod si contingat eos diuidi iuxta Rub. de qua sup. *Seet. 3. cap. 10. n. 13. pag. 38.* eo casu in Ecclesia S. Philippi Lectiones primi Nocturni erunt de Communi Apost. reseruata Lectione Epistolæ sancti Iacobi Officio eiusdem, cuius est propria. Lectiones 2. Nocturni quinta & sexta sumentur de Communi Apostolorum: *Leet. 3. Noct.* cum Antiphonis in Laudibus, vt in proprio Festo; quia sunt magè propria de S. Philippo. In Officio verò S. Iacobi, quod transferri debet in primam diem non impeditam, etiam intra Octauam S. Philippi Titularis (hoc est, in diem 4. Maij, vel, si ea dies Dominica est, in diem quintam) primæ Lectiones, vt dictum est, erunt de Epist. Iacobi; secundæ erunt propriæ, addita sexta de Communi Apostolorum; tertiæ Lectiones erunt de Euang. *Ecce nos reliquimus omnia,* vt in eodem Communi Apostol. Antiphonæ omnes de Communi Apostol. tempore Paschali. De S. Monica fiet comm. in Laudibus tantum cum nona Lectione, ex duabus vna. Pro varietate Orationum, quæ necessaria certè erit in secundis Vesperis S. Iacobi, si die sequenti fiat de die infra Octauam S. Philippi, sumi poterit Oratio de S. Iacobo maiore 25. Iulij. eadem seruanda erunt vice versa, si Festum S. Iacobi minoris sit Titularis Ecclesiæ.

Vbi fit Octaua, si intra eandem occurrat Feria 2. Rogationum, vel Vigilia Ascensionis, Lectiones primi Nocturni sumuntur de Communi Apostolorum.

T 2 2. Atha-

2. Athanasij. In Appendice Greg. Orationem Nazianzenus habuit in eius Festo, Manuel. *tit de Ferys*. Simplex in Breu. 1550. Duplex à Pio V. cum Officio. In Octauario nostro non damus Octauæ huius Sancti tria Euangelia, quod scripsit aliquis: sed in die Octaua legitur in idem Euangelium Festi Homilia Festi S. Polycarpi, quæ explicat postremam partem Euangelij Festi S. Athanasij. Homilia ergo, non Euangelium Festi S. Polycarpi legi debet: si transferatur, mutatur Versus tertius in Hymno, *Iste confessor*.

3. Inuentionis sanctæ Crucis. Decreto Eusebij Papæ, *Dist. 3. Crucis*. à S. Siluestro institutum fuit, ex Fl. Lucio Dextro in *Chronico* (si tamen illius est, quod nuper editum est) anno 424. *num. 12*. Comes Hieron. Ordo Roman. Sacramentar. Gregorian. Semidupl. apud Duran. *loco citato*. Duplex apud Radulph. *Proposit. 17*. Officium ab Eusebio, & habetur apud Mictol. *cap. 55*. Alij in Breuiar. Venet. 1521. auctorem faciunt Petrum Episcopum Singalensem, apptobante Gregorio XI. Oratio est Ambrosiana, & habetur in Sacramentario Gregoriano cum alijs duabus quæ dicuntur in Missa; Officiumque Missæ in Antiphonario, Clemens VIII. inter Festa secundæ classis collocauit, mutauitque Antiphonas ad Laudes, vt essent eadem quæ in Exaltatione; quia priores historiam continebant dubiam. Si concurrant Festa Ascensionis & Inuentionis S. Crucis, fiat commemoratio de Festo S. Crucis, licet videatur Festum de eodem Domino; & differentia satis patet in diuersitate mysterij, quidquid alij contra scripserint.

Alexandri, &c. cum Iuuenale Confessore. Primorum trium mentio est in Sacramentario Gregoriano; Iuuenalis quoque in Antiphonario Gregoriano; omnium simul in Missali Vaticano, omnium antiquissimo, *volum. 4770*. Simplex 1550. Officium Gregorianum. In Oratione titulus (Martyrum) omittitur, quia Iuuenalis non fuit martyr.

5. Monicæ. In Breuiar. Vatican. *volum. 4753*. Simplex in M. S. & à Pio V. cum Officio. Pro Octaua eiusdem (quæ celebratur vt plurimum apud alumnos sancti Augustini, & proprias habent Lectiones) indicatum est satis in Octauario, dataque ideò sunt Lectiones de Comuni; possunt tamen etiam legi in die Octaua, quæ Fer. 5. Dom. 4. Quadrages. habeatur in Breuiario.

6. Ioannis ante Portam Latinam. In Appendice Gregoriana, & Gemma *lib. 4. cap. 160*. Semidupl. apud Duran. *loco citato*. Duplex à Pio V. vt in Breuiario 1550. Clemens VIII. Duplex maius declarauit esse. Si occurrat in Sabbato Ascensionis, legitur initium Epistolæ Dominicæ sequentis, in qua deinde legi possunt Lectiones Feriæ 2. ne bis initium legatur immediatè, ita in recognitione postrema Breuiarij. Si occurrat in Dominica, vel FERIA 2. Rogationum, conuenit; vt nona Lectio coniungatur octauæ; quia in illa de martyrio illius agitur.

7. Stanislai. In Breuiar. Vatic. *volum. 4751*. à Clemente VIII. restituitur anno 1595. à quo & ritus Semiduplex & Officium decernitur; hac nimirum die, licet obierit die sequenti, ex Notis Baron. in *Martyrolog.* quæ impeditur maiori Festo. Petrus Galefin. in *suo Martyrolog.* scri-

scribit obiisse die 11. Aprilis, quæ item impedita est Festo S. Leonis.

8. Apparitionis Michaëlis Archangeli. Huius Festi meminit Alexand. II. *Epist. ad Petrum Archiepisc. Dioclesensem*, in qua concedit eidem, vt possit vti Pallio in duobus Festis S. Angeli, & in alijs de more. Explicat recentior hunc textum de duobus Festis quæ sequuntur immediatè diem Pascharis: at, vnde probat dici hæc duo Angelorum Festa? An quia Mediolani celebratur Festum Feriæ 2. Paschatis apud Ædem S. Angeli: annuit ille. Certè Urbanus II. concessit vsum Pallij etiam in Festo S. Michaëlis in *Epist. ad Berengarium Tarraconensem Archiepiscopum*, quod adnotauit idem boni nominis Auctor. Contigit Apparitio sub Gelasio, *ex Sigeber. in Chronico*. Ob aliam apparitionem, ante eam quæ in Gargano monte (ait Baron. in *Martyrolog.*) agebatur Festum: & habetur in Missali Vaticano *vol. 4770*. Semidupl. apud Durand. *loco citato*, & in Breuiario 1550. Duplex à Pio V. Duplex maius à Clemente VIII. ille addidit primas & secundas Lectiones, hic Homiliam sancti Hilarij. Reliquum Officiû à Festo Dedicat. sumitur, ritu tamen Paschali. Octaua Benedictio, *Quorum Festû*, &c. vt ex 8. Lectione patet. Lectiones autem pro Octaua à nobis aliàs editæ, & à sacra Rituum Congregatione approbatæ, reformatæ fuerunt in Octauario Romano. Quòd si Festum Apparitionis transferatur ultra tempus Paschale, fiat vt in Septembri: si occurrat in Feriâ secunda Rogationum, octauæ Lectioni conuenit adiungi nonam, in qua de SS. Angelis.

9. Gregorij Nazianzeni. Manuel *de Ferijs*. In Breuiario Romano non

ante annum 1500. vt notari diligentissimè perlustrans multa Missalia & Breuiaria antiquiora: neque de eo fit mentio in Breuiario edito 1550. Duplex ergo cum Officio toto à Pio V. si transferatur, mutatur tertius Versus Hymni, *Iste confessor*.

10. Gordiani & Epimachi. In Antiphon. & Sacramentario Gregoriano. Simplex in M. S. & 1550. Officiû Gregorianum.

12. Nerei, Achillei, &c. excepta Domitilla, quæ obiit die 7. Maij, & quam, ob hodiernam translationem, addidit Clemens VIII. omnes habent Festum in Antiphonario Gregoriano, vbi habetur Officiû Missæ. Orationes etiam leguntur in Sacramentario Gregoriano, non Romano, sed à Pamelio edito. Pancratij Festum habetur in Comite S. Hieronymi. Simplex in M. S. & 1550. omnes autem ritû Semiduplici à Clemente VIII. coli iubentur, qui addidit Homiliam cum Euangelio, & Lectiones secundi Nocturni ampliauit in laudem Domitillæ, instante Card. Baronio, qui pridie transtulit in Ecclesiam eorundem, & titulum suum, corpora trium primorum anno 1597. reliquum Officiû est Gregorianum. Si occurrat hoc Festum in Feriâ secunda Rogationum, conuenit, vt octauæ Lectioni adiungatur nona, in qua de Sanctis agitur. Si venerit extra tempus Paschale, quia transferatur, mutantur Antiphonæ, & Responsoria; non tamen dicitur *Re*. *Hæc est vera fraternitas*: quia non sunt omnes fratres. Vide *Secl. 8. cap. 2. n. 9*. Missa cum Orationibus & Euangelio proprijs dicitur, vt in Communi extra tempus Paschale.

14. Bonifacij. In Breuiario Vaticano

cano *vol. 4753.* cum nouem Lectio-
nibus in Breuiar. 1550. cum duabus
à Pio V.

16. Vbaldi. A Cælestino III. an-
no 1192. in Breuiario Vaticano *vo-
lum. 4760.* A Paulo V. Duce Urbina-
te procurante, restitutum est Festum
die 24. Septemb. quia hac die 16. crea-
tus ille fuit Summus Pontifex, & huic
seniori natus est filius anno 1605.
Simplex in M.S. Officium à Paulo V.
editum est 17. *Decemb. 1605.*

19. Pudentianæ. In Antiphonario
Gregoriano; posterius tamen est Gre-
gorio, ex Pamelio *ibidem.* Simplex in
M.S. & 1550. Officium Gregor.

25. Urbani. In Antiphonario & Sa-
crament. S. Gregorij. Semidup. apud
Microl. *cap. 43.* Romæ tantum, Ra-
dulph. *Propos. 22.* Simplex in M.S.
& 1550.

26. Eleutherij. In Miss. Vatic. *vo-
lum. 4743.* Simplex in M.S. 1550.

Philippi Nerij Confessoris. Ad libi-
tum fieri potest Festum cum Officio
approbato sub Urbano VIII. 6. *No-
uembriis 1625.* Si fiat Officium, in le-
ctione Martyrologij legatur primo
loco, si transferatur, mutatur tertius
Versus Hymni, *Iste confessor.*

27. Ioannis Papæ. Vt dictum est de
præcedenti Eleutherio; sed hic dies
translationis est: obiit enim die 21. &
die 27. Romam fuit translatus cor-
pus, ex Baron. *in Not. Martyrolog.*

30. Felicis Papæ. In Appendice Gre-
gor. Simplex in M.S. & 1550.

31. Petronillæ. In eadem Appendi-
ce, à Teutonicis, ex Radulph. *Prop. 17.*
Simplex in M.S. & 1550. Lectionem
dubiam de ea sustulit Clemens VIII.
Ant. Gallonius optimè negat esse Pe-
tri filiam, nisi velis esse spiritualem
tantum,

De Festis Sanctorum mense
Iunio.

CAP. VIII.

2 Petri & Marcellini. In Anti-
phonario & Sacramentario
Gregoriano, agebatur tamen
Festum eorum tempore sancti Gre-
gorij in mense Decembri, nisi sit men-
dum in Codice eiusdem, in *in scri-
ptione Homil. 6. in Euangel. qua habi-
ta fuisse dicitur in die natali ipsorum
Domin. 3. Aduentus.*

Erasmi. Romæ tantum, Radulph.
Prop. 22. & in Missali Vatic. *vol. 4743.*
Simplex in M.S. cum nouem Lectio-
nibus in Breuiar. 1550. à Pio V. Sim-
plex. Officium Greg. sed, cur Erasmus
ultimo loco? nam Episcopus est, &
Martyr: fortasse, quia primi duo
erant Romani, quibus & Constanti-
nus Ecclesiam ædificauit, ex Breu. in
Festo Dedicat. Basilicæ Apostolorum
18. *Novembris.*

6. Norberti. A Paulo V. 14. *No-
uembriis 1620.* cum ritû Semidupl. &
Officio, *die 30. Martij 1621.* approba-
to à sacra Rituum Congregatione. In
lectione Martyrologij ponatur primo
loco: si transferatur, mutatur tertius
Versus Hymni, *Iste confessor.* Circum-
fertur Decretum Urbani VIII. an-
ni 1625. quo transfertur hoc Festum
in diem 11. Iulij; sed idem Pontifex
anno 1631. declarauit, ab Ordine
Præmonstratensi transferendum esse,
& à nonnullis alijs.

9. Primi & Feliciani. In Antiphona-
rio & Sacram. Greg. Simplex in M.S.
& 1550. Officium Gregor.

10. Barnabæ. In Appendice Gre-
gor. & ex generali consuetudine,
Radulph. *Propos. 17.* Semid. apud Du-
rand.

rand. & Radulph. *locis citatis*. Duplex in Breu. 1550. Addidit Lectiones primi Nocturni Clemens VIII. auctore huius Operis procurante in honorem illius, à quo Barnabitæ vocantur; qui item mutauit Euangelium cum Homilia, & declarauit esse Duplex maius. Si venerit ante Pentecosten, Missa erit vt in Festo S. Marci, exceptis Orationibus, Epistola & Euangelio, quæ dicuntur vt in propria Missa, Officium quoque vt in tempore Paschali.

12. Basilidis, &c. Primi tantum in Antiphonario Gregoriano, aliorum verò post Gregorium in Antiphonario fuisse positum Officium Missæ, notat Pamelius; omnium verò simul in Sacrament. eiusdem habentur Orationes, quarum prima Ambrosiana est, sumpta de Festo SS. Vitalis & Agricola, mutatis nominibus.

13. Antonij Patauni. In Missali Vatic. *vol.* 4743. à Sixto V. restituitur, anno 1586. cum nouem Lectionibus, in MM. SS. quæ, vt initio dixi, erant Franciscana. Duplex à Sixto V. *Semid.* (vt olim) à Clemente VIII. Officium à Sixto V. si transferatur, mutatur tertius Versus in Hymno, *Iste confessor*.

14. Basilij. Obijt Calendis Ianuarij, & in ea die habetur Festum in Breuiario Vatic. *vol.* 4752. Alia Breuiaria habent in Octobri, vt in Vatic. *vol.* 4759. Ordinatus dicitur anno 369. hoc mense, & die 14. idè nunc communiter hac die celebratur. Simplex in Breu. edito 1550. Nouem Lectionum, à Clem. VI. vt in calce Martyrologij M. S. apud Fortunatum Scacchum. Duplex cum Officio, à Pio V. In Hymno *Iste confessor*, mutatur tertius Versus.

15. Viti, Modesti, &c. In calce Sacramentatij Greg. Crescentiæ verò in Appendice Gregoriana. Simplex in M. S. & 1550. Officium Gregorian. Oratio est Ambrosiana.

18. Marci & Marcelliani. In Antiphon. & Sacrament. Gregor. Simplex in M. S. & 1550. Officium Gregor.

19. Genuasij & Protasij. Extat Sermo S. Ambrosij. In Comite S. Hier. habentur Epistola & Euangelium. Et quia eo die conciliata pax fuit inter Imperatorem Romanum & Regem Longobardorum, sanctus Gregorius composuit Introitum Missæ huius Festi, *Loquetur Dominus pacem*, &c. Durand. *lib.* 7. *cap.* 13. & habetur in Antiphon. Gregor. Orationes autem in Sacrament. eiusdem. Simplex in M. S. & 1550. Officium Ambrosianum est, ex Radulph. *Propos.* 19. sed non illud, quo nos utimur.

23. Siluerij. In Missali Vatic. *vol.* 4745. à Gregorio VII. ex Microl. *cap.* 43. Romæ tantum, ex Radulph. *Propos.* 22. Semidup. ex Microl. cit. & in Breu. 1550. Simplex à Pio V.

22. Paulini. In Appendice Gregoriana. Simplex in M. S. & 1550. vt hodie.

23. Vigilia S. Ioannis Baptistæ. Beda meminit. Officium à Pio V. Oratio tamen antiquior in Sacramentario sancti Gregorij. Officium Missæ in eiusdem habetur Antiphonario, & in Comite S. Hieron.

24. Natiuitatis Ioannis Baptistæ. Augustinus & Maximus Sermones habuere de hoc Festo. Ordo Roman. meminit, Comes S. Hieron. Antiphonar. & Sacramentar. Gregorianum, in quo omnes habentur Orationes Missæ; sed prima est Ambrosiana,

ex

ex Pamelio. Ab Ægyptijs celebratur, ex Cyrillo Alexandrino, ait Baron. anno 432. à Græcis etiam, ex Manuele *tit. de Ferijs*. Duplex maius dicitur à Durando & Radulpho *locis citatis*. Officium à sancto Gregorio. Hymni à Paulo Diacono, qui raucedine impeditus sanitatem impetrauit, quam initio Hymni, qui ad Vesperas dicitur, postulauit, Durand. *lib. 7. cap. 14.* De artificio primæ strophæ vide *Sect. 5. cap. 6. pag. 69.* Amalar. *de Ordin. Antiph. cap. 59.* notat, in hoc Festo legi multa de Isaia & Ieremia; quia Isaia de Ioanne prophetauit, Ieremias Ioanni fuit similis in sanctificatione. In tertio item Nocturno addit, non dici *Alleluia* in Antiphonis, sicut in tertio Nocturno Apostolorum; quia, inquit, Natiuitas Ioannis extitit ante Christi Resurrectionem. Antiphona ad *Benedictus* non impedit, quin inchoetur Canticum *Benedictus* à capite de more; quia Rubrica generalis loquitur de Antiphona, quæ est eadem cum Cantico; at in Antiphona hac deest *Dominus*. Ceterum accidit Natiuitas S. Ioannis in die Veneris, vt rectè colligit ex Natiuitate Christi Azor. *par. 2. lib. 1. cap. 25.*

26. Ioannis & Pauli. In Comite S. Hieronymi, & Antiphonar. & Sacram. sancti Gregorij. Semidupl. in M.S. & 1550. nihil Durandus de iisdem. Officium Missæ habetur in Antiphonario Gregoriano, & Orationes item in Sacramentario; sed prima est Ambrosiana, de SS. Gerualdo & Protasio. Pius V. mutauit Euangelium, & addidit Homiliam. In secundis Vesperis adest ritus specialis contra Rubricam generalem *de Concurre. Officij n. 4.* qui tamen *ibidem* significatur ijs verbis, *nisi aliter signetur*: & ratio est, quia

fuere nobiles Romani. Vesperæ igitur secundæ erunt integræ de Sanctis, cur non primæ nobiliores secundis? ita placuit Maioribus nostris. Si hoc Festum concurrat cum Dominica, aut transferatur, in secundis Vesperis sequere Rubricas generales de Concurrentia Officij.

28. Leonis. In Sacramentario Gregoriano, sed additum est post obitum sancti Gregorij. Semidupl. in M.S. & 1550. Durandus non habet. Officium antiquius Pio V. qui Homiliam addidit pro Vigilia sanctorum Apostolorum. de qua vide supra in Vigilia sancti Andreae. Vigiliæ meminit Hieronymus in Comite seu Lectionario. Officium Missæ eiusdem Vigiliæ legitur in Antiphon. Gregor. sed Orationes aliæ sunt in eiusdem Sacramentario. Prima tamen Oratio in eodem Sacramentario legitur in calce Missæ Commemorationis S. Pauli, quæ deinde translata est in Officium Vigiliæ. Pamelius eam collocat in Vigilia. Si transferatur Festum, mutatur tertius Versus Hymni, *Iste confessor*.

29. Petri & Pauli. Ambrosius Sermones sex habuit. Comes S. Hieron. habet Festum, & Ordo Roman. Senator autem Festus obtinuit maiorem Festi celebritatem ab Anastasio Imperatore, qui obiit anno 518. ex Niceph. *lib. 18. Histor. cap. 39.* Manuel meminit *tit. de Ferijs*. Duplex maius apud Durand. Lectiones primi Nocturni, vt in Ord. Romano. Hymno ad Vesperas additum fuit Pij V. iussu, *O felix Roma, &c.* & ad Laudes, *Doctor egregie Paule.* quos tamen Versus ego legi in Breu. M.S. Coll. Aniciani. Reliquum Officium à S. Gregorio, sicut & sequentis diei, ex Microl. *cap. 42.* diuisit enim sanctus Gregorius hæc Festa ad

ad eorum maiorem cultum, Duran. *lib. 7. cap. 15.* Habetur Officium Missæ vtriusque dici in Antiphonario & Sacramentario S. Gregorij.

30. Commemoratio S. Pauli. A S. Gregorio, ex Ord. Roman. & Microlog. *loco citato.* In Appendice Gregoriana vocatur *Celebritas sancti Pauli*; in Codice Pameliano, *Natale sancti Pauli.* Solebat, ait Baron. *in Not. Martyrolog.* Summus Pontifex obire pridie Pontificias functiones in vtraque Ecclesia, S. Petri & S. Pauli: distantia verò locorum, consultius visum est, duobus diebus integrum de iis agere Festum. Duplex minus est apud Duran. *lib. 7. cap. 1.* legitur Sermo S. Augustini, vt in Ord. Romano. De reliquo Officio diximus præcedenti die, ex Micrologo; & habetur, vt supra dictum est, in libris Gregorianis.

Dices: Cuius classis est hæc S. Pauli Commemoratio? Respondeo: Non est primæ, nisi vbi est Patronus, vel Titularis. Nō est secundæ, quia admittit in Laudibus commemorationem de Octaua S. Ioannis. Non est Duplex maius, quia non habet integras vtraque Vesperas. Non est Duplex minus, quia Apostoli Festum est secundarium. Est ergo vnica classis, & vnico debentur vnica Paulo; ideoque Commemoratio nominatur, non Festum.

Si transferatur in diem 4. Iulij, vt in Tabulis nostris *num. 34.* ratione Octauæ Corporis Christi, aut in aliam, non impeditam Festo nouem Lectionum; totum Officium à primis ad secundas Vesperas inclusiuè fit vt in propria Ecclesia, omissa commemoratione Octauæ S. Ioannis: & ita decretum est in recognitione postrema Breuiarij, consideratis omnibus quæ hinc inde adduci poterant. &

S. Paulo fauendum fuit in casu dubio. Quòd autem sit aliquando transferenda hæc Commemoratio, habetur apertè in tit. 11. de *Concurrentia Officij num. 7.* in ijs verbis: *Excepta Octaua Corporis Christi concurrente cum Octaua S. Ioannis Baptista, in qua de sequenti fit tantum commemoratio.*

Non tamen vbique transfertur: nam in propria Ecclesia, vbi Commemoratio est primæ classis, fit de S. Paulo cum commemoratione Octauæ Corporis Christi tantum, ex Rubr. de *Transl. Festorum 10. num. 1.* in ijs verbis: *Exceptis tamen Festis Natiuitatis S. Ioannis Baptista, & SS. Apostolorum Petri & Pauli, qua in die Octaua Corporis Christi celebrantur.* Et pro Festo intelligitur etiam Commemoratio hæc S. Pauli, in propria scilicet Ecclesia; vt ex Officio patet, quod excludit in Laudibus commemorationem Octauæ S. Ioannis. Translata verò hac Commemoratione, tunc in die Octaua Corporis Christi fiet commemoratio in Laudibus & secundis Vesperis, primò de Octaua S. Ioannis, deinde de Octaua SS. Apostolorum, per Antiphonas, quæ dicuntur infra Octauam eorundem, & Orationem Festi communem ijsdem. Neque dicas, malè fieri de Octaua S. Pauli ante Festum illius per quatuor dies, 30. Iunij, 1. 2. & 3. Iulij; quia Festum eiusdem celebrari cœptum est cum S. Petro, quamquam sine proprijs S. Pauli Laudibus, quæ habentur in Antiph. Lectionibus & Responsorijs Commemorationis: quæ & ideo (contrarium scripsit nonnemo) non sunt omnino tacendæ.

Si dies 30. fuerit Sabbatum, in secundis Vesperis, quæ sunt in Antiphona commemorationis communes

V ambo-

ambobus Apostolis, commemoratio Dominicæ fieri debet post Apostolos, non ante: quod malè notauit & docuit recentior; non aduertens, quòd hæ secundæ Vesperæ Duplices sunt nobiliores Dominica.

*De Festis Sanctorum mense
Iulio.*

C A P I X.

Octaua sancti Ioannis. Beda meminit. & habetur in Missali Vatic. 4743. inter maiores Octauas eam numerat Radul. *Propos. 19.* Semidup. apud Duran. *lib. 7. cap. 1.* & in Breuiar. 1550. Duplex à Pio V. qui & Sermonem sancti Maximi addidit. Si contingat non legi de Homilia sancti Ambrosij, quæ habetur in secunda vel quarta die infra Octauam S. Ioannis, ob Dominicam occurrentem infra eamdem, poterit legi quod omissum est in die Octaua, ad varietatem, & ad libitum: quod notauimus in Tabulis Ordinis nostri perpetui A. B. C. litterarum Dominicalium: & est conforme Rubricis Octauarij Romani.

2. Visitationis beatæ Mariæ. Ab Urbano VI. anno 1389. à Bonifacio IX. publicatum est anno sequenti 1390. ex Bzouio anno eodem. Exstat Decretum de hoc Festo in Concilio Basiliensi *Sessione 43. anno 1441.* qua nimirum die finita est Visitatio beatæ Mariæ in domo Elisabeth, vt ait Azor. *part. 2. lib. 1. cap. 23. quæst. 2.* Apud Ordinem Minorum celebratum fuit ab anno 1263. ex Annal. Min. Duplex in Breuiar. 1550. cum Officio proprio: quod mutauit Pius V. excepta Homilia: sed Clemens VIII. ferè totum; vt hodie habetur, com-

pleuit, præsertim Antiphonas & Responsoria; maiusque Duplex esse declarauit.

Procelli & Martiniani. In Antiphonario & Sacramentario Gregoriano, sed post Gregorium, ait Pamelius. Simplex in M. S. Semidupl. in Breuiar. 1550. Pius V. restituit, vt olim.

4. Elisabeth. Officium est ad libitum ab Urbano VIII. eiusdem Officij auctore, Semiduplex, anno 1630. & si fiat, de ea legatur in Martyrologio primo loco.

6. Octaua Apostolorum. In Actis sancti Sebastiani in martyrio S. Tranquillini, de quo Martyrolog. hac die. Comes S. Hieron. meminit. S. Leo Sermonem habuit in hac die. habetur etiam apud Bedam, & Radulph. *Propos. 19.* qui & appellat Octauam maiorem. Duplex minus, à Duran. *lib. 7. cap. 1.* & in Breuiar. 1550. Officium Gregorianum, ex Schultingio; & Officium huius Missæ habetur in Antiphonario & Sacramentario sancti Gregorij; sed Orationis auctor est Leo II. ex Durand. *lib. 7. cap. 15.* vel Leo IV. ex auctore Ligni vitæ *lib. 5.* ex Platina, & auctore Breuiar. Chronologici; cum esset certaturus contra Saracenos ad Ostia Tiberina. Pius V. mutauit per totam Apostolorum Octauam Lectiones secundi Nocturni.

10. Septem Fratrum. Officium Missæ in Antiphonario & Sacramentario Gregoriano habetur. Ruffinæ & Secundæ. In Missali antiquissimo Vaticano *volum. 4770.* Romæ tantum, ait Radulph. *Propos. 22.* cum nouem Lectionibus in M. S. Simplex in Breuiar. 1550. Semidupl. à Pio V. cum Officio, vt diximus, Gregoriano,

no, cui Pius V. Homiliam addidit, quæ hodie legitur. Si transferatur hoc Festum in Feriam 2. conuenit, vt octauæ Lectioni adiungatur nona, in qua de iis agitur.

11. Pij Papæ. In Missali Vaticano *vol.* 4743. Semid. ex Microlog. *c.* 43. Romæ tantum, ex Radulph. *Propos.* 22. Simplex in M. S. & 1550. vt hodie.

12. Naboris & Felicis. In Missali Vaticano proximè citato. Romæ, Radulph. *Propos.* 22. Simplex sine Lectione in M. S. cum tribus in Breu. 1550. Pius V. antiquiora Breniaria secutus, nullam Lectionem legi mandauit. Oratio est antiquior Pio.

Ioânis Gualberti. A Clemente VIII. commemoratio tantum, in recognitione Breuiarij.

13. Anacleti. In Missali Vaticano *volum.* 4743. Semidup. ex Microlog. *cap.* 43. Romæ tantum, ex Radulph. *Propos.* 22. Simplex in M. S. & 1550. Semidupl. à Pio V. vt olim, vnà cum Officio.

14. Bonauenturæ. A Sixto IV. deinde vti Doctoris à Sixto V. 1588. Semidupl. à Pio V. Duplex à Sixto V. mutata Oratione, quæ erat *Exaudi*, & Euangelio Doctorum addito.

Henrici primi Imperatoris. Commemoratio, ab Urbano VIII. in recognitione Breuiarij, instante Ferdinando Austriaco Imperatore anno 1631. de quo legendum erit secundo loco in Martyrologio. Orationes Missæ habentur in Bulla Canonizationis sanctæ Cunegundis, sancti Henrici coniugis, auctore Innocentio III. & mutato tantum nomine in nomen Henrici.

17. Alexij. Institutum fuisse Festum circa annum 1200. ait Chronicum

Germanicum cit. à Schultingio; & habetur in Breuiar. Vatic. *vol.* 4751. Simplex in Breuiar. 1550. & hodie idem.

18. Symphorosæ & filiorum. In Appendice Gregor. Romæ tantum, ait Radulph. *Propos.* 22. Simplex in M. S. & 1550. vt hodie.

20. Margaritæ. In Litanis fit de ea mentio in Ordine Romano, item in Appendice Gregor. & in Concil. Oxoniensi. Simplex in Breuiar. 1550. Pius V. ademit Lectiones incertas de eius martyrio, & mutauit Orationem.

21. Praxedis. In Antiph. Gregor. Simplex in M. S. & 1550. Officium Gregor.

22. Mariæ Magdalensæ. Habentur Orationes ad Missam in Sacramentario Gregoriano à Pamelio edito; qui tamen notat, eas esse posteriores Gregoriorum. Anselmus meminit *Festi Epist. ad Ermulphum.* de generali consuetudine testatur Radulph. *Propos.* 17. & habetur in Missali Vaticano *volum.* 4743. Semidupl. apud Durand. *lib.* 7. *cap.* 1. Duplex apud Radulph. cit. rursus Semidupl. in Breu. 1550. tandem Duplex à Pio V. qui mutauit Capitula, addidit Hymnum ad Vesperas (quem Clemens VIII. correxit) & alium ad Laudes: mutauitque Lectiones & ordinem Responsoriorum. Clemens VIII. mutauit Hymnum post Inuitatorium, quem accepit ab Ordine Romano, in die Palmarum, *Nardo Maria pistico*: cui tandem extremam imposuit manum Urbanus VIII.

23. Apollinaris. In Antiphonario & Sacramentario Gregoriano. Petrus Chrysologus Sermonem habuit. Microlog. meminit *cap.* 43. Simplex in M. S. & 1550. Semidupl.

à Pio V. cum Homilia propria. Officium Gregorianum, ex Microl. cit. & Offic. Missæ habetur in Antiphonat. Gregor.

24. Vigilia S. Iacobi, vt dictum est de Vigilia S. Andreae.

Christinae. In Appendice Gregor. Simplex in Breuiar. M. S. & 1550. vt hodie.

25. Iacobi Apostoli. Dies Translationis est; nam obiit in Paschate, Gemma lib. 3. cap. 163. Vide in Festo sancti Andreae. Duplex à Bonifacio VIII. Officium creditur à Callisto II. compositum, qui de sancti Iacobi miraculis scripsit, & Compostellam Archiepiscopatu decorauit, ex Schultingio. Orationes, quæ in Missa dicuntur, habentur in Sacramentario Gregoriano.

Christophori. In Appendice Greg. & Breuiario S. Isidori citato à Baron. in *Martyrolog.* Simplex commemor. in M. S. & 1550.

26. Annæ. In Breuiar. Toletano S. Isidori, in Missali Vaticano *volumine* 3808. Manuel *titulo de Ferijs.* apud Minores S. Francisci ab anno 1263. ex Annal. Min. Gregorius XIII. restituit Festum anno 1584. cum nouem Lectionibus erat in Breu. 1500. Duplex cum Officio à Gregorio XIII. Oratio antiquior Pio V. Clemes VIII. mutauit Lectiones secundi Nocturni. Gregorius XV. præcepit diem agi Festum vbique, Constit. edita 23. April. 1622.

27. Pantaleonis, alias Pantaleemonis, ait Baron. in *Martyrolog.* In Appendice Greg. Manuel *titulo de Ferijs.* Simplex in M. S. & 1550.

28. Nazarij, &c. S. Ambrosius Sermonem habuit. Habentur primi duo in Missali Vatic. *vol.* 4770. Victor. in

Missali Vatic. *vol.* 4743. & ex Microl. *cap.* 43. Romæ tantum, Radulph. *Propos.* 22. Innocent. in Append. Greg. & Radul. *loco citato.* omnes verò simul in Missali Vatic. 4743. Simplex in M. S. cum 9. Lectionibus in Breu. 1550. Semidupl. à Pio V. qui addidit Homiliam. In Ecclesia SS. Nazarij & Celsi transferatur Festum SS. Victoris & Innocentij in primam diem non impeditam ritu Semiduplici, de Comuni plurimorum Martyrum, ex Decreto S. Rituum Congregationis die 12. Febr. 1633. & cum Oratione & Euangelio Festi eorundem, omiſſis nominibus SS. Nazarij & Celsi. Hæc illa. hoc est, post Octauam SS. Nazarij & Celsi, ex Rubrica Breuiarij nuperimè recogniti. Neque mirum videatur, quòd S. Innocentius colatur vt Martyr vnà cum Martyre; tum quia colitur in tota Ecclesia cum Officio Martyrum, vt patet; tum quia Martyr vt nobilior trahit ad se non Martyrem; tum quia aliis non Martyribus, seu non viris, dantur aliquando ab Ecclesia Psalmi Martyrum, seu virorum, vt videre est in Festo S. Martini Episcopi, SS. Agnetis & Agathæ, ex speciali Priuilegio, quod in translatione S. Innocentij non fuit illi detrahendum. Antiphonas autem & Responsorias de effusione sanguinis & nonnulla cum demonstratione, *Istorum est enim, &c. Isti sunt qui venerunt, &c.* ne sumas pro iis rigorosè, quorum Festum colitur; sed ea intellige, vel de præparatione animi ad martyrium respectu S. Innocentij; vel quia plurale ponitur in Breuiario pro singulari, & econtra: vt in Festo plurium Apostolorum dicimus in secundis Vesperis, *Collocet eum cum Principibus, &c.* & sæpius in Festo vnus Apostoli, *Isti sunt, &c.* bis & ter; &

& in Festis plurium Confessorum non mutantur Antiphonæ nec Responsoria de vno Confessore. Vel accipe verba encomiasticè in laudem totius ordinis Martyrum: quod fit in toto Officio Apostolorum communi; & in Festo SS. Innocentium adhuc licitè dicitur, *Tradiderunt corpora sua in mortem, ne seruirent idolis, &c.* Quod non contigisset iis, si diutiùs vixissent.

29. Marthæ. In Missali Vatic. 4743. & apud Minores S. Francisci ab anno 1263. in Annal. Min. Simplex in M.S. & 1550. Semid. à Pio V. qui mutauit Orationem, & Homiliã addidit.

Felicis. In Antiphonario & Sacramentario Gregoriano; & sociorum distinctè, ibidem apud Pamelium. Simplex in M.S. & 1550. In Octauario Romano Bononiæ primùm edito pro Octaua S. Marthæ citantur Homiliæ, quæ infra Octau. Assumptionis B. Virginis: at quia additum est S. Hyacinthi Festum, & 2. die nulla erit amplius Homilia, tu lege quæ in 4. 5. 7. & 8. die habentur. In editione Octuarij Antuerpiensi, Veneta & Neapolitana inoffenso decurres pede.

30. Abdon & Sennen. In Sacramentario Gregoriano. Simplex in M.S. & 1550. Officium Missæ in Antiphonario sancti Gregorij.

De Festis Sanctorum mense Augusto.

C A P X.

Quotidie hoc mense celebrari de Sanctis, testatur Concil. Turon. II. cap. 18.

1. Petri ad Vincula. Ab Alexandro Papa, ex Durand. lib. 7. cap. 19. institutum est: vel à Siluestro, anno 315. ex Polyd. Virgil. lib. 6. cap. 8. quod repro-

bat Baron. in *Martyrolog.* In Sacramentario Gregor. Gemma meminit lib. 3. cap. 164. & de generali consuetudine tradit Radulph. *Propos.* 17. circa ann. 438. ex Sigeberto. Semidup. apud Durand. lib. 7. cap. 1. Duplex apud Radulph. loco citato, & in Breu. 1550. Oratio est Gregoriana in Sacramentario, & fortè etiam totum Officium; quod in multis concordat cum Festo Iunij. Officium Missæ aliud tamen est ab Antiphonario sancti Gregorij: & item Oratio secreta alia est in Sacramentario. Pamelius numerat inter Officia non Gregoriana, post eum scilicet addita. Schultingius Sixto III. tribuit, qui ad Eudoxiæ preces Festum decreuit. Pius V. addidit Lectiones proprias secundi Nocturni, Clemens VIII. Homiliam S. Augustini valdè propriam, & declarauit esse Duplex maius.

Machabæorum. Extant Orationes Nazianzeni, Ambrosij, Chrysoctomi, Augustini, Leonis in eorum Festo, & Maximi. Habetur Festum in Appendice Gregoriana, & in Codice Pameliano Sacramentarij Gregoriani. Simplex in M.S. & 1550. Nomina eorum sunt: Salomona mater, Machabæus primogenitus, Aber, Machir, Iudas, Achas, Arath, & Iacob vltimus, ex Iosepho in *Commentar. ad Polybium.* Cur Machabæi sint appellati, Xystus lib. 1. *Biblioth. San.* docet, in vexillis eorum scribi solitum M. C. B. I. quæ Hebraicè sonant: *Quis similis tui in fortibus Domine?*

2. Stephani Papæ. In Sacramentario Gregoriano. Simplex in M.S. Missæ Officium non aliud ab Antiphonario Gregoriano.

3. Inuentionis S. Stephani. In calce prædicti Sacramentarij. Anconæ

erat Festum ſolemne, vbi lapis eſt S. Stephani, ex Beda. Cui Feſto facta eſt deinde acceſſio titulo Inuentionis; quæ tamen non accidit hac die: neque verò hac die obiit Stephanus, vt aliqui putant, contra quos fuſius Baroniſ in *Martyrolog.* Semid in M. S. & 1550. Lectiones primi & ſecundi Nocturni mutatae ſunt à Pio V. auctorem facit Officij S. Stephanum Leodiſem Ant. Demochares *lib. 4. c. 14. contra Miſoliturgos.* ſed omnia ſumuntur de Feſto Decembris, cuius Officium ab Alcuino dicitur compoſitum, ex Cornelio Schultingio, qui hodierni Officij facit auctorem Bonifacium I. ſub quo Luciani Hiſtoria de hac iuentione ſcripta eſt; ſeu Pelagium I. quo tempore oſſa ſancti Stephani Romam fuere translata. Sed ego puto eſſe Gregorianum; Orationes tamen in Miſſa huius Feſti aliae ſunt in Sacramentario.

4. Dominici. A Gregorio IX. anno 1234. ſed Feſtum fieri iuſſit in die ſequenti, quo relatus eſt inter Sanctos. & in Miſſali Vaticano habetur *vol. 4743.* Paulus IV. hac ipſa die 4. celebrari iuſſit, ob Feſtum B. Virginis ſequens, licet obierit ille die ſexta huius menſis. Semidup. erat in M. S. Breu. & 1550. Duplex à Paulo IV. Pius V. excepta Oratione, mutauit eorum Officium antiquum à Constantino Epifcopo Vrbeuer. compoſitum, iuſſu Ioan. Teutonicæ Generalis 4. In Hymno, *Iſte confefſor,* mutatur tertius Verſus.

5. Dedicatio ſanctæ Mariæ ad Nices, ſeu Baſilicæ Liberij, ſeu Xyſtiane, à Xyſto III. ſeu Maioris dictæ, ſeu apud Præſepe: quod ibidem aſſeruat. Vide cauſas apud Baron. in *Not. Martyrolog.* De ea in Miſſali Vati-

cano *volum. 4743.* Romæ tantum celebrabatur, ait Radulph. *Propoſ. 22.* Duplex in Breuiar. M. S. & 1550. nihil Durand. Pius V. mutauit Orationem, aliqua Reſponſoria, & Lectiones primi & ſecundi Nocturni. Clemens VIII. declarauit eſſe Duplex maius vnà cum ſequenti.

6. Transfigurationis Domini noſtri. Hodie reuelata fuit ab Apoſtoliſ ſtibus eiufdem, ait Beleth *cap. 144.* extant Sermones de hoc myſterio SS. Leonis, Cyrilli Alexand. Ephræm, Baſilij Seleuciæ, & Andree Cretenſis. Habetur Feſtum in Martyrolog. Wandelberti, qui floruit anno 850. in Miſſali Vatic. *volum. 4770.* Manuel meminit *tit. de Ferijs.* Duplex in Breuiar. 1550. Auctoꝝ Feſti & Officij apud omnes fuit Calliſtus III. anno 1456. ex Platina, & Nauclero *Gener. 49. volum. 2.* ſed verè non fuit Feſti: quod notat Baron. in *Not. Martyrolog.* ex Wandelberto. Pius V. mutauit Hymnos ad Veſperas & Laudes, & Lectiones primi & ſecundi Nocturni.

Xyſti, Feliciffimi, &c. Comes Hieron. meminit Xyſti, & eſt II. S. Auguſtinus expreſſè de hoc Feſto teſtatur *Tract. 27. in Ioan.* Sacramentar. Gregorian. diuiſim omnium, & eiufdem Antiphonarum. cum nouem Lectionibus in M. S. & 1550. Simplex à Pio V. Orationes Miſſæ leguntur in Sacram. Gregor.

7. Donati. In Appendice Greg. Simplex in M. S. & 1550.

8. Cyriaci, Lurgi, &c. Primus habetur in Sacramentar. Gregorian. cuius Miſſæ Officium idem quod in Antiphon. & Sacrament. ſancti Gregorij: additis deinde ſociis, de quibus in Appendice Gregoriana. Simplex in M. S.

& 1550. Semidup. à Pio V. cum Officio proprio.

Hac autem die translata fuerunt eorum corpora, qui obiit die 16. Martij, vt dicitur in Martyrologio Romano.

9. Vigilia sancti Laurentij. In Comite Hieron. & Sacrament. Gregor. ex pristina consuetudine vigilandi ad corpus tanti Martyris, vt Acta testantur ex Baron. Aliæ causæ prædicationis vel martyrij allatæ à Duran. *lib. 7. cap. 23.* minus probantur. Officium à Pio V. sed Missæ idem quod in Antiphon. & Sacram. Gregoriano.

Romani. In Appendice Gregorian. Simplex in M. S. & 1550.

10. Sancti Laurentij. In Actis S. Martionæ apud Metaphrasten fit mentio Festi, in Comite item Hieron. in Sacramentar. Gregoriano habentur Orationes Missæ, excepta vltima; quam tamen habet Pamelianus Codex. Sancti, Augustinus, Leo, & alij antiquissimi Patres Sermones habuere de Festo. Tradit Radulph. *Propos. 17.* ortum habere ex Apostolica auctoritate, hoc est, à Sede Apostolica. Duplex maius, ex Durand. *lib. 7. cap. 1.* & Radulph. *loco citato.* Officium est Gregorianum, ex Schultingio; & Missæ Officium habetur in Antiphon. Gregor. Pius V. mutauit Lectiones primi & secundi Nocturni. In Antiphonis 3. & 4. ad Laudes, *Cayo mea igne cremata est, & non sum aestuatus*, nulla est contrarietas, ex S. Augustino in fine Lectionis sextæ diei secundæ infra Octauam S. Laurentij.

11. Tiburtij. In Antiphonario & Sacramentario Greg. Susannæ. Romæ tantum, Radulph. *Propos. 22.* Vtriusque Festum habetur in Appendice Greg. Simplex in M. S. & 1550.

12. Claræ. Ab Alexand. IV. 1255. & in Missali Vatic. *vol. 4743.* in Breu. M. S. erat solempne, quia Breuiaria, vt dixi, Nicolai III. iussu Franciscana erant. Simplex à Pio V.

13. Hippolyti. In Sacramentar. Gregoriano. Apud Romanos Festum celeberrimum fuisse suo tempore, testatur Prudentius in Hymno. mentio est in Breuiar. S. Isidori, Hyppolyti, Cassiani, & simul in Antiphonario Gregoriano, & Appendice Gregor. Simplex in M. S. & 1550.

14. Vigilia Assumptionis. Ordo Romanus, Sacramentarium Gregorianum; vbi habentur Orationes Missæ, paulò mutata Secreta. Beda, Nicol. Papa ad *Consulta Bulgarorum* meminere. Officium à Pio V.

Eusebij. In Antiphonario & Sacramentario Gregoriano, excepta vltima Oratione Missæ. Simplex in M. S. & 1550.

15. Assumptionis B. Virginis. Comes Hieron. Ordo Romanus, Sacramentarium sancti Gregorij, vbi Orationes Missæ leguntur; in cuius Appendice appellatur Pausatio B. Virginis. & idem legitur in Appendice Bibliorum antiquissima Vatic. *vol. 5729.* Dies Dominæ ab Hunnis dicta fuit, ex Baron. *an. 48.* & in *Martyrol.* Apud Orientales verisimile est, cœptum esse Festum coli statim post Conciliū Ephesinum; quo tempore Cyrillus Alexandrinus cultum Deiparæ contra Nestorium amplificauit, vt notauit Azor. *par. 2. lib. 1. cap. 20. quest. 1.* & deinde propagatum est sub Mauritio, ex Niceph. *lib. 17. cap. 28.* Manuel habet *in tit. de Fer.* apud Gallos sub Carolo Magno in Concilio Moguntino *c. 36.* S. Bernardus meminit *Ep. 174.* Duplex maius, ex Duran. *loco citato.* Officium Gre-

Gregorianum, sed Officium Missæ aliud est in Antiphonario Gregoriano. Lectiones Cantici cant. in primo Nocturno ex Ordine Rom. mutauit Pius V. Lectiones secundi Nocturni, quarum etiam titulum meritò deinde mutauit, veriore auctore appposito, Clemens VIII. Lectiones autem Cantici canticorū conueniunt mysticè B. Virgini; sed & possunt dici Lectiones de Scriptura occurrente mense Augusto, in quo leguntur omnes libri sapientiales Salomonis, ex Radulph. *Propos. 11.*

Dubitatum fuit, An Officium de S. Rocho nondum canonizato, neque à Sede Apostolica beatificato, post Alexandrum III. defuncto, anno 1327. in Concilio Constantiensi an. 1414. inter Beatos habito, recitari possit; & negotio maturè discussò, sacra Rituum Congregatio censuit, concedendam esse Missam & Officium in eius die Festo, in Ecclesijs dumtaxat & Eremitorijs habentibus requisita Ecclesiarum in honorem eiusdem Deo dicatis, non extra dicta loca, *die 4. Iulij, & clariùs die 26. Nouemb. 1629.*

16. Hyacinthi. Ab Urbano VIII. Duplex cum Officio, 1. *Februar. an. 1625.* approbato, ad instantiam filij Regis Poloniæ, cum esset Romæ pro Iubileo anni sancti. In Martyrologij lectione pridiana primo loco ponatur. In Hymno, *Iste confessor*, mutatur tertius Versus. Lectiones 1. Nocturni erunt de Scriptura occurrente, iuxta Rubricam quæ posita est in Breuiario ante Dominicam 3. Augusti; licet ibi fieret olim tantum mentio de Octaua S. Laurentij, & de Festo sancti Bernardi. eadem enim est ratio in his tribus Festis.

17. Octaua sancti Laurentij. In Sacramentario Gregoriano. Inter maio-

res Octauas numeratur à Radulph. *Propos. 19.* Semidup. ex Duran. *lib. 7. cap. 1. & 1550.* Duplex à Pio V. qui addidit Orationem propriam, quæ tamen habetur in Sacramentario Gregoriano ad calcem Festi sancti Laurentij, in editione Romana; & ordinauit meliùs Lectiones totius Octauæ. Officium Missæ habetur in Antiph. Gregoriano. Orationes autem aliæ sunt in Sacrament.

18. Agapiti. In Antiphonario & Sacramentario Greg. à quo Secretam tantum in Missa Orationem habemus; sed in Codice Pameliano sunt eadem quæ apud nos. Simplex in M. S. & 1550.

20. Bernardi. In Missali Vaticano *vol. 3808.* Semidup. in Breu. 1550. Duplex à Pio V. Officium putat Schulting. ab Alexandro III. qui eundem canonizauit. Pius V. mutauit Orationem, addidit Homiliam.

Stephani Hungarorū Regis. Simplex commemoratio ab Urbano VIII. anno 1631. ad instantiam Ferdinandi Imperatoris: in Martyrologio legatur secundo loco. Vbi celebratur cum nouem Lectionibus, in Hymno, *Iste confessor*, mutatur tertius Versus, ut ex Lectione patet propria nono loco legenda.

22. Octaua Assumptionis. A Leone IV. anno 847. ex Sigeberto, vel anno 848. ex Iacobo Phil. Bergomensi, vel 855. ex Baronio *Tom. 10.* qui citat Anastas. Biblioth. Radulph. meminit *Propos. 19.* Duplex minus apud Durand. *loco citato*, & in Breuiar. 1550. Pius V. in tota Octaua reformauit Lectiones, & nouas adiecit.

Timothei, &c. Primus habetur in Sacramentario Gregoriano; Symphorianus etiam in Antiph. Gregoriano; Hip-

Hippolytus in Breuiario Vaticano *vol. 4753*. Simplex in M. S. & 1550. Pamelius numerat inter Officia Gregorio posteriora; Oratio tamen Sacramentarij est nobis etiam communis.

23. Vigilia S. Bartholomæi. De hac, & de Festo sequenti Concilium Oxoniense, & Innoc. III. *de Observ. icium. cap. Consilium*. Attendatur, inquit, locorum consuetudo, quod ad diem attinet hodiernum, vel sequentem 23. 24. seu 25. Romæ Vigilia 24. Officium à Pio V. in Lectione Martyrologij hac die, & præcedenti, extra Romam prænuntietur Vigilia, & Festum, iuxta morem locorum: nam Martyrologium Romanum consuetudinem sequitur Romanam.

24. Bartholomæi. Beda. Romæ 25. De eo Martyrol. & Calendar. M. S. cit. à Baronio in *Notis Martyrol.* Item in Sacrament. Gregoriano, vbi Secreta Missæ & Postcommunio paulò diuersæ leguntur. Collecta prima est Ambrosiana. Græci celebrant Festum bis in anno; natalem diem 11. Iunij, translationem hac die. Romani celebrant die 25. translationem ab Othone III. factam anno 983. in Romanam insulam Licaoniam in tumbam porphyreticam, vt scribit Otho Frisingensis *lib. 6. cap. 25*. Ecclesiam verò, quæ nunc Apostoli nomine vocatur, in honorem sancti Adalberti ædificatam asserit Baron. in *Martyrolog. 22. Iun.* Duplex à Bonifacio VIII. Pius V. mutauit omnes Lectiones. Est autem idem cum Nathanaële laudato à Christo; quod in calce Operis huius in vtriusque laudem, qui tamen vnus est, probabo fusiùs.

25. Ludouici Regis IX. & Francorum XIV. à Bonifacio VIII. 1297. inter Sanctos est relatus. Ha-

betur Officium in Breuiar. Vaticano *vol. 4752*. Simplex in M. S. Semiduplex à Paulo V. anno 1618. 29. *Novemb.* cuius Lectiones recitandæ approbatæ fuerunt 23. *Februar. 1619.* & rursus 23. *April. 1622.* Vbi celebratur die 26. mutatur in Hymno, *Iste confessor*, tertius Versus.

26. Zephyrini. In Missali Vaticano. 4743. Semiduplex ex Microlog. c. 43. Romæ tantum, Radul. *Prop. 22*. Simplex in M. S. & 1550.

28. Augustini. In Sacrament. Gregoriano, vbi omnes Orationes Missæ sunt eadem quæ apud nos. Bonifacij VIII. Decreto Duplex. Pius V. mutauit omnia, retenta Oratione tantum; Officium autem Missæ aliud est in Antiph. Gregor. & Pamelius illud numerat inter Officia posteriora Gregorio.

Hermetis. In Antiphonar. & Sacrament. Gregor. à quo vltimam tantum habemus Orationem Missæ; primam & secundam in Pameliano Codice. Apud Antium celebris memoria, ex Actis sancti Bonifacij Papæ *Tom. 1. Concil.* Simplex in M. S. & 1550.

29. Decollationis S. Ioannis. In Comit. S. Hieron. & in Sacrament. Gregor. vbi omnes Missæ Orationes habentur, posteriores tamen Gregorio; excepta prima, quæ à Missali Ambrosiano accepta est. Manuel *tit. de Ferijs.* Hac die Caput est inuentum, ex *Gemma lib. 3. cap. 165.* & placet Baronio in *Martyrolog.* hoc est, secundâ inuentione: nam obiit in die Annuntiationis B. Virginis, ex auctore *Gemmae ibidem*; & imminente Paschate, ex Baronio *loco citato*, qui addit, hac item die fuisse consecratam celebrem Ecclesiam Alexandriae in honorem S. Ioannis, & Reliquias eiusdem in ea

reconditas. Semidup. apud Durand. *lib. 7. cap. 1.* & in Breu. 1550. Duplex à Pio V. qui de more mutauit 1. & 2. Lectiones. Officium Missæ aliud est in Antiphon. Gregoriano, posterius Gregorio, ex Pamelio, vt dictum est. Oportuit aliqui hoc Festum fieri Duplex maius, sicuti sunt alia minora Festa Apostolorum: sed neque dies hæc martyrij illius est, neque martyrium pro fide Christi & Euangelio, neque statim in cælum iuit; neque demeretur S. Augustin. vt amittere debeat secūdas Vesperas, quas diuidit cum S. Ioanne. Quibus etiam de causis longè maius Festum est Natiuitatis quàm Decollationis S. Ioannis. Aliam adde causam; quia Natiuitas illius toti mundo magis profuit, tamquam Præcursoris Christi, quàm Decollatio, quæ illi soli utilis fuit. *Et multi*, ait Angelus, *in Natiuitate eius gaudebunt.*

Sabinæ. In Antiphon. & Sacram. S. Gregorij. sed deinde mutata sunt omnes Orationes Missæ, quas tamen habet Pamelianus Codex. Simplex in M. S. & 1550.

30. Felicis & Adaucti. In eodem Sacram. cum Orationibus omnibus Missæ. Simplex in M. S. & 1550. Officium Missæ, vt in Antiph. Gregor.

De Festis Sanctorū mense Septēbri.

C A P. XI.

1 **A** Egidij Abbatis. Ab Urbano IV. ex Radul. citato à *Schulringio*. in Missali Vatic. *vol. 3808.* cum nouem Lectionibus apud Radulph. *Propos. 22.* Simplex in M. S. & 1550. & à Pio V.

Duodecim Fratrum. Romæ tantum, ex Radulph. cit. in Missali Vaticano *vol. 4770.* Simplex in M. S. & 1550.

8. Natiuitatis B. Virginis. Temporij

bus Ephesini & Chalecedonensis Concil. diem Festum hunc celebrari cepisse, existimat Azor. *par. 2. lib. 1. c. 19. quest. 1.* at Baron. *in Not. Martyrol.* non præsumit hoc dicere, quia in Concilio Moguntino videntur illius Patres hoc ignorasse Festum. Extant Orationes de hoc eodem Festo Chrysofomi, Procli, & Ioannis Damasceni. Manuel meminit *tit. cit.* Certum est, quòd apud Latinos non vbiq; celebratum fuit hoc Festum ante Augustinum, qui nullius hominis natiuitatem celebrari asserit, nisi Christi & Ioannis, *Sermone 20. & 21. de Sanctis.* Quòd si in Breuiario hac die dicat Augustinus in *Sermone, tante Virginis illustrata natali*; & in secunda die infra Octauam, *nam sanctam Natiuitatem*; illa verba, *natali, Natiuitatem*, sunt aduentitia, mutata ab Ecclesia; pro quibus alia habet originalis textus in *Sermone 18. de Sanctis, qui est 2. de Annuntiatione.* Habetur præterea Festum hoc in Comite S. Hier. in Ord. Rom. & in Sacram. Gregor. cum omnibus Orationibus Missæ. S. Ildephonsus indicat hoc Festum in *libro de Virginit. Maria;* de quo etiam Sermonem habuit. Post eum Bernardus meminit, rationemque addidit, quia sancta nata est, in *Sermone super Salue Regina*; atque ex cantu Angelorum hac die auditum statutum fuisse Festum, docet Gemma *lib. 3. cap. 166.* tum Sergij Decreto firmatum, ait Sigebertus in *Chronico.* Sed fortasse eo die indixit ille Litanias tantum, vt ait Auctor Breu. Chronologici; qui & addit, quòd in Gallia post Ludouicum Pium celebrari cepit. Duplex maius, ex Duran. *lib. 7. cap. 1.* Antiphonæ & Responsorij à Ioanne Damasceno composita post recu-

recuperatam abscissam manum, scribit Schultingius citans Martinum Coseninum Archiepisc. *lib. 4. Chron. in Syricio*. nihil mutauit Pius V. Officium tamen Missæ aliud est ab Antiphonario Greg. Vbi est Titulus Ecclesiæ Natiu. B. Virginis, in tertio Nocturno vel de septima & octaua Lectione fiant tres, vel pro nona legatur septima diei sequentis infra Octauam; parumque refert, si die sequenti eadem repetatur.

Adriani. In Antiphonar. & Sacramentar. Gregoriano, mutatis deinde Orationibus: & est translationis Festum, quando Romam eius corpus delatum est, ex Baron. *in Martyrolog.* obiit enim die 4. Martij. Commemoratio in M. S. Simplex in Brevi. 1550.

9. Gorgonij. In Antiphonar. & Sacramentar. Greg. cum omnibus Orationibus Missæ; non tamen in Pameliano Cod. Simplex in M. S. & 1550. posterius est Gregorio, ex Pamelio.

10. Nicolai Tolentini. In Breviar. Vatic. *volum. 4760.* restituitur à Sixto V. 1585, cum Officio & Duplici ritu; sed comparatione facta cum Nicolao Mirensi Episcopo, à quo hic Nicolaus prodijt in lucem, Clemens VIII. Semid. ritu Festum decreuit fieri, mutauitque Oratione. Si transferatur, mutatur Versus tertius in Hymno, *Iste confessor.*

11. Proti & Hyacinthi. In Antiphonar. & Sacramentar. Gregor. Romæ celebre Festum fuisse docet Baron. *in Martyrolog.* Simplex in M. S. & 1550. Officium Gregorianum, vbi supra. Fuere germani, teste S. Damaso in Epigramm. quod in recognito Martyrol. & Breviario adnotatum est: quare in Officio nouem Lectionum octauum Resp. erit, *Hæc est vera.*

14. Exaltationis sanctæ Crucis. An-

te obitum S. Ioannis Chrysostomi, qui hac die obiit, & duos de hoc Festo Sermones habuit. in Comite S. Hieron. fit mentio; in Ord. Romano, & in Sacramentar. Gregor. habetur Secreta Missæ Oratio qua nos vtimur; reliquæ deinde mutatæ fuerunt. Honorius I. inuexisse dicitur hoc Festum in Ecclesiam Occidentalem anno 623. ex Platina: fortasse ampliauit. Quare Heraclij victoria longè posterior reddidit illustriorem iam institutam celebritatem; quæ contigit anno 631. ex Sigeberto. Semidupl. à Duran. *lib. 7. cap. 1.* Duplex in M. S. & 1550. Officium Gregor. mutauit aliqua Pius V. in Responsorijs, & Lectionibus. Clemens VIII. in Hymno iussit dici, *In hac triumpho gloria.* & declarauit hoc Festum esse Duplex maius. Officium Missæ Introitum tantum habet, ex Antiphonario Gregoriano.

15. Octaua Natiuitatis B. Virginis. Ab Innocentio IV. ex Durand. *lib. 7. cap. 28.* hoc est, Officium eiusdem, ait Baron. *in Martyrolog.* Beda enim meminuit Octauæ cum Radulph. *Propos. 19.* qui eam numerat inter Octauas maiores. Habetur in Missali Vaticano *volum. 3808.* Semidupl. apud Duran. *lib. 7. cap. 1.* Duplex ab Alexandro VI. vt dicitur in Brevi. 1550. Officium ab Innoc. IV. ex Platina anno 1246. qui & eidem tribuit Festum, sed falsò, vt supra inuimus. Pius V. infra Octauam ademit in primo Nocturno Lectiones de Canticis canticorum quotidianas, exceptis prima & vltima die; & mutauit Lectiones secundi & tertij Nocturni.

Nicomedis. Olim die prima Iunij, ex Beda, Vsuardo, & Adone. Habetur Officium Missæ in Antiphonario & Sacramentario Gregorian.

X 2 cum

cam omnibus Orationibus Missæ. Simplex in Breuiario M. S. & 1550.

16. Cornelij & Cypriani. Obiit tamen die 14. Septembris, qua, & sequenti impedita, data est eidem hæc dies pro natali. De ijs in Comite Hieron. & Sacramentar. Greg. vbi habentur prima & vltima Oratio Missæ. De Cypriano Nazianzenus Orationem habuit; & solemnus erat Festum apud Græcos. Extant aliorum Sermones, Augustini 113. 114. 115. 116. de *Diversis*, SS. Maximi & Petri Chrysol. in Italia per antonomasiam dicebatur celebritas Cyprianea, vt scribit Procopius de *Bello Vandal.* Simplex in M. S. & 1550. Semid. à Pio V. cum Officio. Lectiones primi Nocturni de Communi Martyrum catenus fuerunt assignatæ, quatenus de libro Tobia: cœptum sit legi: alioquin initium eiusdem libri legatur in hoc Festo (qui casus contingit alicubi, ob Festum solemne in Dominica, die 13. Septembris) ne scilicet liber ille omittatur. Missæ Officium discordat ab Antiphonar. Gregor.

Euphemia, &c. A tempore Chalcedonenis Concilij. In Sacramentario Gregoriano diuisim habentur; vbi etiam Orationes omnes, quæ nunc in Missa dicuntur. Pamelius numerat inter Officia Gregorio posteriora in Antiphonario Gregoriano. ante tempora Doni Papæ, ait Baron. in *Martyrolog.* Manuel *tit. de Ferijs.* cum nouem Lectionibus in M. S. & 1550. Commemoratio tantum à Pio V.

17. Stigmatum sancti Francisci. Baronius in *Martyrologio* scribit, Benedictum XI. iussisse solemnitatem hanc celebrari Duplici Officio, id est, in Ordine S. Francisci; & lapsam in Martyrologio Romano iussisse Sixtum V. hac

die recenseri, additis ipsiusmet Sixti V. verbis. Deinde verò concessit Paulus V. celebrari eandem posse ad libitum Cleri: Duplici quidem Officio in Religione sancti Francisci, extra eandem Semiduplici, vt patet ex prima editione Romana, & Decreto sacra Rituum Congregationis die 28. Augusti 1615. & rursus die 2. Octobris 1627. Scripsit de hoc Festo Ant. Daza Minorita, & ait, vniuersæ Ecclesiæ fuisse præceptum sub ritu Duplici à Benedicto XI. & à Paulo V. sed fallitur; tum quia Marcus Vlyssiponensis in suo Chronico Minorum par. 1. cap. 59. aperte tradit, à Benedicto XI. datum esse Festum Duplex Ordini tantum S. Francisci; tum quia semel & iterum decreuit sacra Rituum Congregatio ritum Semiduplicem, vt diximus: tum quia eiusdem Decreto deleta sunt ea verba in 6. Lectione, *Officio Duplici*, quæ videbantur ad totum Clerum attinere, die 6. Nouembris 1627. Et ratio fauet; quia in Breuiario secundaria Sanctorum Festa longè sunt inferiora primarijs, vt videre est in Duplicibus maioribus per annum; non ergo debet esse Festum Stigmatum æquale Festo primario S. Francisci, quod est Duplex minus: congruit autem esse Duplex in Ordine Minorum, vbi Festum primarium S. Francisci est Duplex primæ classis. Color albus adhibendus est, vt aliàs docuimus, contra vsum Fratrum Minorum. In Martyr. lect. si fiat Officium, ponatur primo loco.

19. Ianuarij, &c. Primus erat in Appendice Gregor. apud Græcos ante Procopium, qui de hoc Festo scribit lib. 2. de *Bello Gothico.* cum socijs restitutus fuit à Sixto V. 1586. & cum Officio Semiduplici, Clemens

mens VIII. mutauit Euangelium cum Homilia.

20. Vigilia S. Matthæi. Vt de Vigilia S. Andree & S. Thomæ dictum est. In Comite Hieron. Euangelium, Officium Missæ in Antiph. & Sacrament. Gregoriano.

Eustachij, &c. Appendix Sacramentar. Gregor. habet hoc Festum Calend. Nouemb. hac verò die Missale Vaticanum *vol. 4743*. Commem. in M. S. Simplex 1550 Pius V. ademit Lectionem, ob Homiliam Vigiliæ. Urbanus VIII. ritu Semidupl. celebrari iussit, ad instantiam Mauritij Cardinalis à Sabaudia Diaconi eiusdem Ecclesiæ; cuius Lectiones approbatæ fuerunt die 24. *Nouemb. 1625*. Addiderunt alij sine facultate Resp. *Hac est vera*; quod non quadrat: aliàs dicendum esset etiam in Festo S. Marij, Marthæ, &c. 19. *Ianuar.* eadem enim est ratio patris, matris, & duorum filiorum. non igitur est dicendum.

21. Matthæi. Vt de S. Andree. Comes S. Hieron. meminit. Oratio est Ambrosiana. Pius V. mutauit Lectiones omnes. Officium Missæ, vt in Antiph. Gregor. & Sacramentario.

22. Mauritij, &c. Primus in Antiphonario Gregoriano; sed ex Pamelio post Gregorium: socij verò in Appendice Sacramentarij. Simplex in M. S. & 1550. Officium Gregorianum, & Missæ præsertim, vt in citato Antiphonario.

23. Lini. In Appendice Gregoriana. Semidupl. ex Microlog. *cap. 43*. Romæ tantum, Radulph. *Propos. 22*. Simplex in M. S. & 1550. Semid. restituitur à Pio V. mutauit autem Euangelium cum Homilia Clementis VIII.

Theclæ. In Appendice Gregor. Vbi-que celebre Festum, ait Baron. in *Martyrolog.* cum nouem Lection. in Breu. 1550. Commemoratio à Pio V.

26. Cypriani & Iustinae. In Appendice Gregoriana. Simplex in M. S. & 1550.

27. Cosmæ & Damiani. In Sacramentar. Gregor. mutatis Oracionibus omnibus Missæ; quas tamen nobis etiam communes Pamelianus habet Codex. Romæ celebrem eorum cultum ante Menologium indicat Baron. in *Martyrolog* Manuel *iii. de Ferris*. Simplex in M. S. & 1550. Semid. à Pio V. Officium autem Missæ habetur in Antiphonar. Gregor. vbi & posterius esse S. Gregorio, notat Pamelius.

29. Dedicacionis S. Michaëlis, in monte scilicet Gargano, ait Martyrol. Roman. Habetur in Comite Hieron. & in Sacramentar. Greg. cum omnibus Oracionibus Missæ, in Concilio Moguntino *cap. 36*. Manuel *iii. de Ferris*. Ado, inquit, ob Dedicacionem Ecclesiæ in mole Adriani; quam Baron. in *Martyrol.* vult fuisse dedicatam à Bonifacio III. vel IV. qui sunt posteriores Gregorio. Radulphus ait *Propos. 17*. fieri ex auctoritate Apostolica. Gemma addit *lib. 3. cap. 167*. ob victoriam fieri contra Paganos. Duplex apud Radulph. citat: & in Breuiario 1550. Officium est Gregorian. quod dici testatur Schulting. à Concilio II. Triburiensi M. S. celebrato anno 1030. Pius V. mutauit Lectiones primi & secundi Nocturni, tum ordinem Responsoriorum, tum Capitulum ad Sextam. Nota, quod ad octauam Lectionem dicitur, *Quorum Festum colimus*; quia est Festum omnium Angelorum, vt in Oracione

& Lectione quarta pater, & sequenti-
bus: & quia Dedicatio hæc in monte
Gargano facta fuit in Michaëlis &
Angelorum memoriam, vt expressè
dicitur in Lectione sexta Festi Appari-
tionis die 8. Maij. Officium Missæ
habetur in Antiphonario Gregoriano.
Si occurrat hoc Festum in Dominica,
conuenit, vt Octauæ Lectioni iungatur
nona, quæ de Angelis agit.

30. Hieronymi. In Sacramentario
Gregoriano, cum diuersis tamen
Orationibus Missæ. Ex Decreto Boni-
facij VIII. Duplex. Pius V. mutauit
Lectiones omnes.

*De Festis Sanctorum mense
Octobri.*

C A P. X I I.

Festum Rosarij debet vbique &
perpetuò celebrari in ijs Eccle-
sijs, in quibus adest Altare seu
Cappella Rosarij B. Virginis, Duplici
maiori Officio in prima Dominica
Octobris, quæ scilicet occurrit in Ca-
lendis, vel post Calendas, ex Decreto
Gregorij XIII. die 1. Aprilis 1573.
Officium recitant Bononienses de Nati-
uitate, mutato nomine in *Festiuitate*.
quod non improbamus. Certè
meliùs, vt in Festo ad Niues, cum
Lectionibus 2. Noct. de Natiuitate
B. Virginis, mutato verbo *Natali* in
solemnitate: minus enim cohærent
Antiphonæ & Responsoria Natiuita-
tis Festo Rosarij, quàm Festo Visita-
tionis & Præsentationis B. Virginis; &
tamen hæc duo Festa non habent
ampliùs Officium de Natiuitate, mu-
tante Clemente VIII. in Officia quæ
hodie habentur. Quibus autem placet
Officium Natiuitatis, pro ijs verbis,
Hodie nata est, dicere poterunt, *Hodie*

Festum est B. Virginis. sed verè disso-
nat illud, ex progenie David, à voce
Festi. Vide quæ diximus in primo
Tomo par. 4. titulo 15. num. 22. pagi-
na 291. Nota, quòd in secundis Ve-
speris, si concurrant cum Angelis Cu-
stodibus, Vesperæ integræ erunt de
beata Virgine, cum commemoratione
Angelorum custodum. Habet enim Fe-
stum Rosarij integras vtutque Vesperas;
quia Gregorius celebrari voluit ri-
tu Duplicis maioris, vt diximus: & ubi
fit hoc Festum, legatur de eo in Marty-
rologio primo loco.

Occurrit non raro dies Octaua Ti-
tularis Ecclesiæ S. Michaëlis, S. Hie-
ronymi, & aliorum, in Dominica 1.
Octobris, in qua Rosarij Festum à
Clero eiusdem Ecclesiæ fieri debet,
Officiumque de eodem recitari. Et
sicuti dies Octaua non potest transferri,
ita neque videtur transferri debere
Festum Rosarij, quod à die 7. Octobris
in primam Dominicam eiusdem ex
professo transtulit Gregorius XIII. vt
Officio populus interfit, ex *Bulla cit.*
supra. Quodnam erit igitur Officium
recitandum? consultus respondi, re-
citandum esse Officium de Rosario
cum commemor. diei Octauæ, &
Domin. 1. Octobris; tum quia, dum
neutrum transferri potest, vt dixi, Fe-
stum Rosarij est Duplex maius, Octaua
verò Duplex minus: tum quia Festum
Rosarij est Deiparæ: tum quia Festum
est de præcepto vniuersalis Ecclesiæ,
ex *Bulla Gregorij*; dies Octaua est de
præcepto in particulari Ecclesia: tum
quia sacra Rituum Congregatio in ho-
norem B. Virginis decreuit, à Clero
Regij fieri Festum Visitationis B. Vir-
ginis in die Octaua S. Prosperi Patro-
ni loci, vt supra scripsimus *Sect. 3. c. 12.*
num. 20. licet potuisset, & debuisset ex

vi Rubricarum transferri Festum Visitationis; at Rosarij Festum à Dominica non est dimouendum.

De Festo SS. Angelorum Custodum concessit Paulus V. 27. *Septembris anno 1608.* posse fieri Officium Duplex à se approbatum ad libitum Cleri, prima die non impedita Officio nouem Lectionum, post Festum Dedicationis sancti Michaelis. Dixit *Officio* in titulo eiusdem Officij in editione Romana Egidij Spadae anno 1612. vt intelligas, Festum Angelorum Custodum cedere debere Officio Dominicæ: & eò magis, quia si prima die, & in Dominica occurreret hoc Festum, in prædictis Ecclesijs Rosarij, de Festo sanctissimi Rosarij, quod est nobilius, faciendum esset Officium. Item dies infra Octauam, puta sancti Hieronymi, vel sancti Michaelis Archangeli, sicuti est Officium nouem Lectionum; ita excludit à tota Octaua Festum Angelorum Custodum.

Dices: In Decreto sacre Congregationis Rituum dicitur, *Prima die non impedita Festo nouem Lectionum*; ergo non cedit Dominica. Resp. Eandem sacram Congregationem declarasse, nomine Festi nouem Lectionum, etiam Dominicam intelligi, 12. *Martij 1618.*

Quæres adhuc: An Festum Angelorum Custodum sit Duplex maius, ita vt habere debeat vtrasque Vesperas integras. Dicebam esse; tum quia in Rubricis generalibus *de Concurrèntia Officij num. 2. in fine*, Festa Angelorum præponuntur Apostolis, hoc est, non modò Michaelis, sed etiam Gabrielis, & Raphaelis, quæ apud multas Ecclesias celebrantur, & à fortiori Angelorum omnium Custodum, quorum Festum colimus vno die; tum quia

Festum hoc videtur maius quàm Apparitionis sancti Michaelis, ex pluralitate Angelorum Custodum: & quia in Apparitione miraculum tantum celebramus; in hoc autem Festo personas ipsas Angelicas & innumeras vnà simul honoramus. At Apparitionem esse Festum maius, & habere vtrasque integras Vesperas, nemo non nouit: tum quia licet hoc Festum sit ad libitum; tamen posito, quòd recitare velimus Officium, ad Rubricas generales seruandas tenemur; sicuti Missam, quam non tenemur quotidie celebrare, si tamen celebras, iuxta Rubricas celebrare debes: tum denique quia, si sanctus Hieronymus amitteret eo casu vtrasque Vesperas; etiam S. Gregorius Nazianzenus eius præceptor amittit primas Vesperas nobiliores secundis, nempe in secundis Vesperis Apparitionis. His tamen non obstantibus, & ritè consideratis, in gratiam S. Hieronymi, ne amittat vtrasque Vesperas; & quia Festum Angelorum Custodum fuit concessum fieri ex deuotione, non ex præcepto, decieuit sacra Rituum Congregatio *die secunda Octobris 1627.* esse Duplex minus, & diuidere Vesperas cum sancto Hieronymo, & cum quocumque alio Duplici, si alicubi concurrat post primam diem Octobris. Lectiones primi Nocturni omittuntur, si legendum sit initium Esther.

Ad octauam Lectionem dicitur, *Quorum Festum colimus*; nam titulus, & Oratio est de pluribus, & vnusquisque intendit venerari suum Angelum in Choro vnà cum alijs. Qui solus recitat Officium, adhuc dicat, *Quorum Festum colimus, &c.* non, *Cuius Festum colimus, &c.* Quod postremum docuit recentior, minus aduertens, quòd vni reci-

recitanti neque conuenit *colimus* in plurali, si verborum vim attendimus. Si fiat Officium prima die Octobris, octauæ Lectioni adiungerem nonam, quæ magis est propria Festi. Vbi fit hoc Officium in Lectione Martyrologij legatur primo loco de eodem.

1. Remigij. Dies est Translationis; obiit enim Idibus Ianuarij, ex Baron. in *Martyrolog.* Habetur Festum in Appendice Gregoriana, & in Concilio Moguntino *cap. 36.* Simplex in M.S. & 1550. In Hymno Vesper. mutatur tertius Versus.

4. Francisci. A Gregorio IX. 1228. dilatatur Festum à Sixto IV. 1472. in Missali Vaticano *vol. 4743.* Duplex in M. S. & 1550. Pius V. re-tenta Oratione, mutauit Officium antiquius, opera Fratrum Minorum in Breuiario positum, & auctoritate Nicolai III. approbatum, vt diximus *cap. 1. huius Sectionis.* In Lectione 6. legitur, quod S. Franciscus in die Festo Exaltationis S. Crucis recepit sacra Stigmata; & in Lectione 4. Festi Stigmatum; ait S. Bonauentura, quod circa Festum Exaltationis id acciderit: non tamen pugnant inter se hi textus; quia tempore S. Bonauenturæ erât incertus dies, qui deinde fuit præcisè reuelatus. Lege Wadingum in *Annal. Min. an. 1282.* Festum sancti Francisci est de præcepto vbique locorum, ex Decreto Sixti IV. vt indicat Siluester *v. Dominica. num. 3. §. Sextum.* vbi tamen ait, constitutionem illius non fuisse moribus vtentium approbatam. Sed rursus præcepit vbique obseruari sacra Rituum Congregatio die 3. Ianuar. 1622. annuente sanctissimo: Decretumque originale ostendit mihi Io. Petrus Massanius meus; virtutum, doctrinæ, & fortunatum heres Iulij

Benigni Aduocati Consistorialis, Primarij & vnici tunc temporis in Gymnasio Romano Doctõris, Archiepiscopi Thessalonicensis, & S. Rituum Congregationis Secretarij, de Romana Republica optimè meriti; cui & ego debeo plurimum, cum eius opera potissimum in album Consultorum eiusdem S. Congregationis relatus fuerim. Idemque Massarius publicati Decretum Romæ curauit in Tabella de consensu Maiorum edita anno 1631. Festorum vbique obseruandorum, ex præcepto S. Romanæ Ecclesiæ; fauente Tegrino Tegrinio, Domino meo, Episcopo Assisinate, & præfata S. Rituum Congregationis à Secretis incomparabili viro, in gratiam sancti Patroni Assisinate, æquum est igitur, vt deinceps vbique gentium obseruetur.

5. Placidi & Sociorum. In Breuiar. Vaticano *volum. 4760.* restituit Sixtus V. anno 1588. Simplex ab eodem, mutauit Orationem Clementis VIII. non dicitur Resp. *Hæc est vera fraternitas.* Vide infra *Sectione 8. cap. 2. num. 9.*

6. Brunonis. A Gregorio XV. die 17. Februarij 1623. Semidupl. cum Officio ab eodem 6. Maij 1623. in lectione Martyrologij ponatur primo loco: si transferatur, mutatur in Hymno Vesp. tertius Versus.

7. Marci Papæ. In Antiphonar. & Sacramentario Gregor. à quo initium primæ Orationis, & vltimam Missæ Orationem habemus: omnes autem leguntur in Codice Pameliano.

SS. Sergij, &c. In Appendice Greg. Simplex in M. S. & 1550.

8. Birgittæ. A Gregor. XV. & 8. Aprilis 1623. approbatum est Officium tû ritu Semiduplici, Oratione, & Le-
tio-

tionibus proprijs, Decreto S. Rituum Congregationis; recitandum quidem die 7. Octobris, in qua fuit illa canonizata, vt in Bulla Bonifacij IX. sed Urbanus VIII. ne Missa S. Marci, Papæ in Missali deleteretur, iussit hac die octaua, annuente Polonia Rege, celebrari Festum; in Polonia vero, vt prius, die septima. Cuius obitus contigit die 23. Iulij impedita Festo S. Apollinaris: vnde & in Martyrologio quoque recognito translata est lectio de eadem in hanc diem Octobris octauam. Acta sunt hæc anno 1628.

19. Dionysij, &c. quem Athanas. de Synod. Nicænæ decr. appellat Theognostum. habetur de eodem in Antiphonar. Greg. sed post Gregorium, ex Pamelio, qui ait esse Gallicanum Officium: nam ortum habuit in Gallia à tempore Ludouici Pij, & Amalarij, ex *Epist. Hilduini ad eundem.* de generali consuetudine testatur Radulph. *Propos. 17.* Simplex in M. S. & 1550. Semidup. apud Radulph. Quem ritum restituit Pius V. mutauit autem Euangelium cum Hom. Clemens VIII. Officium Missæ aliud est ab Antiphonario Gregoriano.

14. Callisti. In Sacramentario Gregor. cum omnibus Orationibus Missæ. Semidup. ex *Microl. cap. 43.* Romæ tantum, ex Radulph. *Propos. 22.* Simplex in M. S. & 1550. Semiduplex Pius V. instituit vbique. Clemens VIII. mutauit Euangelium cum Homilia. Officium aliud est Missæ in Greg. Antiph.

18. Lucæ Euangelistæ. Martyr à S. Paulino *ad Seuerum Epist. 12.* reputatur. Metaphrastes in hoc Festo conuersionem habuit. In Sacramentar. Greg. habetur cum omnibus Orationibus

Missæ; quarum prima est Ambrosiana. Decreto Bonif. VIII. est Duplex. à Pio V. Duplex secundæ classis.

21. Hilarionis. In Appendice Greg. Simplex in M. S. & 1550.

Vrsulæ, &c. In quinto sæculo, hoc est, anno 500. indictum esse Festum, ait Iac. Philip. Bergomens. citatus à Schultingio. in Missali Vaticano *uolum. 3808.* Officium solemne proprium totum in Breviar. 1550. Pius V. commemorationem decreuit. Si adsit alicuius ex his Virginibus caput, aut insignis Reliquia, & nomen ignoretur, fiat de ea Officium Duplici ritu, sumpta Oratione De Communi in singulari, tacito illius nomine (quod fit in S. Callisto, & alijs) & fiat commemoratio S. Hilarionis, & SS. Vrsulæ & sociarum; nisi aliud à Maioribus concedatur, aut legitimè præscribatur.

25. Chrysanthi & Daria. In Appendice Gregoriana. Simplex in M. S. & 1550. Officium creditur compositum à Varino & Armeno fratribus ordinatis Presbyteris à sancto Stephano, qui Vitæ eorum ad omnes Ecclesias direxerunt. Hæc Cornel. Schulting. Ex quibus facilè conijcitur, Festum indictum esse quadringentis annis ante S. Gregorium.

26. Euaristi. In Missali Vatic. *uolum. 4743.* Semid. ex *Microl. cap. 43.* Romæ tantum, ex Radulph. *Propos. 22.* Simplex in M. S. & 1550.

27. Vigilia SS. Simonis & Iudæ. Vide in Vigilia S. Andrea. In Comitè S. Hieronymi habetur Euangelium. Homilia à Pio V. Missæ verò Officium in Antiphonar. & Sacramentar. Gregor.

28. Simonis & Iudæ. Dicitur vt de Festo S. Andrea. Pius V. inno-

Y uauit

uauit Officiū, Oratione excepta. Euangelium idem, quod in Comite S. Hieron. Officiū Missæ, vt in Antiphonario & Sacramentario Gregoriano. Si contingat eos diuidi, quia alter tantum Titularis est Ecclesiæ, iuxta Rubricam quæ habetur supra Sect. 3. cap. 10. num. 11. tunc pro S. Simone legatur in primo Nocturno de Comuni Apostol. reseruata Lect. Ep. Iudæ eidem, qui est eiusdem auctor, vt Sect. 5. cap. 12. num. 15. pag. 86. significauimus. Vide quæ diximus in prima die Maij pag. 147. At quia Lectio quarta non potest diuidi, ea legatur in Festo Titularis, & iterum in Officio alterius translata, sicuti etiam Euangelium cum Homilia. Lectiones quinta & sexta variari possunt, vt in Comuni Apostolorum. Pro varianda Oratione sumi potest Oratio Vigiliæ in numero singulari, & mutatis verbis, *præuenimus in celebramus, & præueniant in impleret.* sed in his casibus consule sacram Congregationem, vt aliquid proprium concedat.

31. Vigilia Omnium Sanctorum. In Antiphonario & Sacramentario Gregoriano habentur Orationes cum Officio Missæ; sed posterius est sancto Gregorio, ex Pamelio. Concilium Oxoniense & Beda meminerunt.

*De Festis Sanctorum mense
Nouembri.*

C A P. X I I I.

OMnium Sanctorum. Ordo Romanus habet hæc verba notanda: *In Calen. Nouem. & per totum orbem plebs vniuersa, sicut in die Natalis Domini, ad Ecclesiam in honorem Omnium Sanctorum ad Missarum solemniam conuenire studeat;*

illud attendentes, vt quidquid humana fragilitas per ignorantiam aut negligentiam in solemnitatibus ac Vigilijs Sanctorum minus plene peregerit, in hac obseruatione sancta soluatur. S. Cyprianus Epistola 34. docet, natalitia Sanctorum annua celebranda esse cum Missæ Sacrificio; sed quia omnium Martyrum & aliorum non possunt singula celebrari (teste Eusebio citato à Beleth cap. 154. existimante, quotidie excedere numerum quinque millium) ideo Bonifacius IV. instituit Romæ Festum Omnium Sanctorum hac die: quod deinde alijs orbis Ecclesijs edixit Gregorius IV. anno 835. ex Sigeberto, & præsertim Gallis, & Germanis, ex Baronio in *Annal. ad annum eundem.* Neque verò est Sanctorum Martyrum tantum hoc Festum, verum etiam Confessorum, vt in Codice M. S. se legisse ait Baron. in *Martyrolog. die 13. Maij.* Habetur Festum in Sacramentario: solemne Festum in Ord. Romano. vnde Duplex primæ classis conuenienter fuit statutum. Officiū à Gregorio IV. compositum esse, scribit Schultingius ex Beleth capite 127. Pius V. mutauit omnes Lectiones; sustulit primum Responsorium, & addidit octauum de Virginitibus.

In secundo Nocturno, & per Octauam, legi iussit Sermonem accommodatum Festo, quem tribuebant alij Augustino: quod est falsum, cum ille obierit ante Bonifacium IV. alij Odoni Abbati; de quo tamen vnicum manuscriptum habemus testem in Vaticana Bibliotheca. Nomine Bedæ à Clemente VIII. iussus est legi; quia inter eius Opera habetur, & vixit ille post Bonifacium IV. vnde & in postrema recognitione Breuiarij secui

secuti sumus textum ipsum qui Bedæ adscribitur. Officium Missæ in Antiphonario & Sacramentario Gregoriano legitur, exceptis Offertorio & Communionem, quæ fuerunt mutata: sed posterius est sancto Gregorio, ait Pamelius. In secundis Vesperis mandauit Urbanus VI. post Vesperas festiuas cantari Vesperas Defunctorum ritu Duplici, vt dicitur in Breuiario Venetijs edito anno 1521.

2. Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum. Tribuitur hic ritus communiter Odiloni Abbati Cluniacensi, ex Sigeberto anno 998. à quo diffusus est in totum orbem auctoritate Apostolica; sed à Bonifacio IV. indictam esse Commemorationem hanc, scribit M. Polonus anno 607. imò anno post institutionem Festi Omnium Sanctorum ab eodem Bonifacio, docet Petrus de Natal. citatus à Demochare *Tomo 4. c. 18.* Petrus Galesinius auctorem facit Ioannem XVI. suadente Odilone, in *N. or. Martyrol.* Amalarius autem meminit de *Ordine Antiphon.* cap. 65. qui vixit post Bonifacium, & ante Odilonem, circa annum 800. & causam reddit. Post Officium, inquit, Sanctorum inserui Officium pro mortuis: multi enim transierunt de præsentis sæculo, qui non illicè Sanctis coniunguntur, pro quibus solito more Officium agitur. Hæc ille. Nota ea verba, *solito more*; ergo erat in vsu. Duplex in M. S. & 1550. De Officij auctore & ritu dicemus *Sectione nona.*

Si in Dominica occurrat, transferatur Commemoratio hæc in diem Lunæ, & Vesperæ in Vesperas Dominicæ, ex Decreto Urbani VI. *loco citato.* nisi dies Lunæ sit item impedita Festo de præcepto: tunc enim in diem

quartam Nouembris (etiam si sit impedita Festo nouem Lctionum) transfertur Officium Defunctorum cum Missis, cantata de Festo altera Missa vnà cum Officio de die. Neque Officium hoc Defunctorum omitti debet, cum sit pars Officij diuini eo die præscripti, vt notat Suarez *libro 4. de Hor. Canonic. cap. 25. num. 8. & 9.* & cum sit pars notabilis, ad restitutionem fructuum tenetur Beneficiarius ad ratam Vesperarum, vel Matutini, vel vtriusque, prout in Bulla Pij V. de qua supra *Sectione 1. cap. 6. num. 2. pag. 11.* Decreuit etiam sacra Congregatio Rituum *prima Septembris 1607.* ne pridie vesperi recitetur Matutinum Defunctorum, sed hac die manè: quod est notandum, & obseruandum ex Rubrica propria Breuiarij. Vide *Sectionem 9. cap. 2.*

4. Vitalis & Agricolæ. In Missali Vaticano *vol. 4743.* Simplex in M. S. & 1550.

Caroli. A Paulo V. ad libitum Clerici, 6. *Decembris 1613.* cum Officio & ritu Semiduplici, 3. *Decembris 1616.* approbato. Si fiat Officium, in lectione Martyrologij legatur de eo primo loco. In tota Prouincia Mediolanensi celebrari potest Duplici ritu, ex Decreto sacre Congregationis Rituum 20. *Novembris 1610.* si transferatur, mutatur tertius Versus in Hymno, *Iste confessor.*

8. Octaua Omnium Sanctorum à Sixto IV. & ex Codice M. S. Ecclesie sanctæ Mariæ ad Martyres citato à Baronio in *Martyrologio hac die.* Duplex ab eodem Sixto, & in Breuiario 1550. Pius V. per totam Octauam reformauit Lectiones.

Quatuor Coronatorum. Ordo Romanus. Antiphonarium & Sacramentarium Gregorianum, cum omnibus Orationibus Missæ, sub nomine quinque aliorum, Decreto Melchiadis, ait Duran. *lib. 7. cap. 86.* Simplex in M. S. & 1550. Officium, vel ab Honorio I. qui Romæ ædificauit eorum Ecclesiam, ex Martino Cosentino in Chronicis; vel à Leone IV. qui, ex Platina, corpora eorum inuenit, & Ecclesiam illustriorem reddidit.

9. Dedicacionis Basilicæ Saluatoris. Dicta est Basilica Iulij à sancto Gregorio, item Constantiniana Lateranensis, à S. Hieronymo; cuius laudes persequitur Petrus Cardinalis Damiani in *Ep. ad Cardd. S. R. E.* ex quibus patet, eam esse caput Ecclesiarum: & hæc est potissima ratio Festi, Romæ tantum celebrabatur, Radulph. *Prop. 22.* Habetur in Missali Vatic. *vol. 4770.* Duplex in Breuiario 1521. Officium de Communi. Pius V. Lectiones 1. & 2. Nocturni addidit.

Theodori. In Antiphonario & Sacramentario Gregoriano, cum omnibus Orationibus Missæ. Habuit Orationem Nyssenus. Metaph. meminit in *Actis S. Alippy die 26. Nouemb. apud Sur. Tom. 6.* Manuel quoque *sic. de Ferijs.* Simplex in M. S. & 1550.

10. Tryphonis, &c. Constantino-poli celebre Festum Iustiniano Imperatore, ex Procopio *lib. 1. de Aedif. Iustiniani.* Romæ, ex Radulph. *Prop. 22.* in Missali Vaticano *vol. 4743.* Simplex in Breu. 1550.

11. Martini Episcopi. Leone I. Pont. celebratum fuisse hoc Festum ex Concilio Turonico, scribit Galefn. in *Martyrolog.* Habetur in Sacramentario Gregoriano: à quo in editione Ro-

mana primam tantum Orationem habemus in Missa, omnes autem in Pameliana. S. Bernardus Sermonem habuit; & de generali consuetudine testatur Radulph. *Propos. 17.* Semidupl. apud Durand. *lib. 7. cap. 1.* Duplex apud Radulph. *loco citato.* rursus Semidupl. in Breuiario 1550. à Pio V. tandem Duplex, qui & mutauit Lectiones omnes. Reliqui Officij Gallicani, vt obseruat Pamelius ad *Antiphonar. S. Gregorij*, dicitur auctor sanctus Radbodus Episcopus Traiectensis, ex Schultingio. Psalmi Nocturnorum sunt de Communi Martyris; quia sancto Martino non defuit palma martyrij, vt dicitur in Antiphona ad *Magnificat.* Officium Missæ non est idem quod in Antiphonario Gregoriano, & est posterius Gregorio, ex Pamelio.

Mennæ. In Antiphonario & Sacramentario Gregoriano. A quo in Romana habemus primam tantum Orationem Missæ, omnes autem in editione Pameliana. Simplex in Breuiar. 1550.

12. Martini Papæ. Ex Calendar. & Martyrol. Romano antiquissimis, citatis à Baron. in *Martyrolog.* & in Missali Vaticano *vol. 4743.* Semidupl. ex Microl. *cap. 43.* Romæ tantum, ex Radulph. *Propos. 22.* Simplex in M. S. & in Breu. 1550. restituitur Semidupl. à Pio V. Clemens VIII. mutauit Euangel. cum Homilia.

17. Gregorij Thaumaturgi. Nyssenus Orationem habuit. In Missali Romano non ante annum 1550. habetur Festum. Simplex à Pio V. Semidupl. à Clemente VIII. cum Homilia. Si transferatur, mutatur in Hymno, *Iste confessor*, tertius Versus.

18. Dedicacionis Basilicæ Apostolorum,

lorum. Loca ipsa antea Limina Apostolorum vocabantur; de quorum oseulo ob dignitatem lege Baronium in *Martyrologio*; unde sumitur ratio Festi. Romae tantum tempore Radulphi *Propos.* 22. in Missali Vatic. *volum.* 4743. Dupl. 1550. Pius V. Lectiones 1. & 2. Nocturni adiecit. Clem. VIII. Homiliam sancti Gregorij assignavit. Urbanus VIII. quintam Lectionem opere 1626. & verbis locupletavit anno 1627.

19. Pontiani. In Missali Vaticano prox. cit. Simplex in M. S. & 1550.

21. Praesentationis beatae Virginis. Hac die praesentatam fuisse, Vsuarius ait in *Martyrolog.* Sermones habuere Gregorius Nyssenus, Germanus Constantinop. & Georgius Nicomediensis, qui vixit circa annum 1000. Menologium, & Manuel *tit. de Ferijs.* Apud Gallos sub Carolo Magno 1375. procurante Abbate S. Nicolai in Normandia; ab his ad Saxones, tum ad Siculos transijt, vt enarrat Wion auctor Ligni vitae *lib.* 5. Pius II. & Paulus II. ex Molano in *Addit. ad Martyrolog.* vel, vt alij volunt, Sixtus IV. edixerunt. tandem restituit Festum Sixtus V. 1585. Duplex in Breu. 1550. & a Sixto V. Officium vero, quonunc vtiuntur, Clemens VIII. designavit, abrogato antiquo, quod erat de Natiuitate Virginis, mutato nomine *Natiuitatis* in *Praesentationis*; cui non bene omnes Antiphonae congruebant: & declaravit esse Duplex maius. In 7. Responf. pro *Festiuitate*, dici debet *Praesentationis*.

22. Ceciliae. In Sacramentario Gregoriano cum prima & secunda Oratione Missae; vltima deinde fuit mutata, quae tamen habetur in Codice Pa-

meliano. de generali consuetudine testatur Radul. *Propos.* 17. & in Breu. S. Isidori habetur Hymnus de ea. Semidup. apud Durand. *lib.* 7. *cap.* 1. & Radul. citatum, & item in Breu. 1550. quod perseverat. Officium Missae habetur in Antiph. Greg. Lectiones mutatae a Pio V. fuerunt.

23. Clementis. In Sacramentario Gregoriano. Sed Orationes omnes fuerunt postea mutatae; quae tamen leguntur in Codice Pameliano. de generali consuetudine Radulph. *Propos.* 17. Sanctus Bernardus Sermonem habuit. Semid. apud Radulph. citatum, & in Breuiar. 1550. imò tempore Microl. *cap.* 43. Officium est antiquum, mutatis Lectionibus & quibusdam Responsorijs a Pio V. Officium Missae, vt in Antiphonario Gregoriano.

Felicitatis. In Comite Hieron. habetur mense Iulio, & item in Sacramentario Gregoriano, a quo habemus primam & vltimam Orationem Missae; secundam etiam habet Pamelianus Codex. Sermones habuere S. Petrus Chrysologus & S. Gregor. Simplex in M. S. & 1550.

24. Chrysoconi. In Sacramentario Gregoriano. Simplex in M. S. & 1550. Officium Gregor. Missa tamen aliud est in eiusdem Antiphonario; sed Orationes, quae apud nos habentur, in citato Sacramentario leguntur.

25. Catharinae. A Treuirensibus coepit coli anno 1245. ex Lipomano *To.* 5. & de generali consuetudine fieri, scribit Radulph. *Propos.* 17. In Breuiar. Toletano duo Hymni de ea. in Missali Vatic. *volum.* 4743. habetur. Galesinius in *Martyrologio* scribit, hoc Festum in Calendario fuisse positum a Ioanne XXII. quia, inquit, in antiquis Martyrologijs de ea non legitur.

Semidup. apud Dur. *lib. 7. cap. 1.* Duplex apud Radulph. cit. rursus Semidup. in Breu. editis 1521. & 1550. Duplex tandem à Pio V. qui, retentis Oratione & Lectionibus 2. & 3. Noct. antiquum Officiū propriū integrum ablegavit. Dicitur Æcatherina in antiquo Codice citato à Baronio in *Martyrologio.*

26. Petri Alexandrini. In eius Festo S. Athanasius puer, puerilibus lusibus seria prænuntiasse scribitur à Ruffino *lib. 1. Histor. cap. 14.* Habetur Festum in Missalibus Vatic. *vol. 4743. & 4771.* & in edito Venet. 1505. non ante: in Breviar. tamen 1550. non extat; ergo restitutum est à Pio V. qui & Simplici ritu celebrari Festum iussit.

Obijt ille tamen pridie huius diei, ex Galeſin. in *Martyrologio.* Et hæc de Proprio Sanctorum.

Addam duo pro declaratione prædictorum. Alterum est, quòd nomine *Officij Missæ* intelligimus Introitum, Graduale, Offertorium, Communionem: & in Horis Canonicis pro *Officio*, Orationem conformem Missæ, tum Antiphonas, Responsorialia, & Lectiones. Alterum est, quòd Manuelem sapiùs citavimus *tit. de Ferijs*; non quòd ipse indixerit Festa, sed Ferias in Festis, & eum tamquam testem Festorum apud Græcos observatorum attulimus in medium. Floruit autem anno 1180. & sequenti obiit.

SECTIO OCTAVA.

De Communi Sanctorum.

COMMUNE Sanctorum continet ea quæ ad Horas Canonicas sunt necessaria, quando in eorum Festis non habentur propria, nimirum Hymnos, Antiphonas, Psalmos, & huiusmodi. Potissimum autem deseruit ijs Sanctorum Festis, qui de numero Apostolorum sunt, Martyrum, Confessorum, Virginum, non Virginum, item Patronorum, seu Titularium; item Dedicacionis Ecclesiæ, & frequenti Officio, quod vocatur S. Mariæ in Sabbato. Sed in genere occurrit quæstio de Communi: Quo die celebrandum erit Festum illius Sancti, de quo nescitur dies obitus, neque translationis, neque insignis manifestationis, & eiusmodi; & tamen alijs de